



IX. B. 5 315.

45.

Sbd

~~Dr. A. E. X.~~

~~XXXIII. 9. 00~~

BR. Gelehrten-Sammlung d. G. in Th. 1690.

In hoc Libro continentur

|  |            |
|--|------------|
| 1. Due orationes Dr. Sigism. Fnickelthusij.  | fol.<br>1. |
| 2. Schmucky Synopsis in Ius Canonicum.   | 5          |
| 3. Gothofredi Reuteri disput. ad. l. diffamari.                                      | 13.        |
| 4. Disputat. Iohannis Stucky ex rescind. respondit.                                  | 41.        |
| 5. Disp. Schmucky De Seruitut. Urb. et Rust. Pred. 77.                               | 63.        |
| 6. Disp. D. Iohann. Bohmy. De Nomini.  | 87.        |
| 7. Iohann. Bohmy De Litiis conciacione.  | fol.       |
| 8. Ioh. Bohmy De Primarys retinenda possessionis interdictis.                        | 117.       |
| 9. Bohmy de Commodato  | 139.       |
| 10. Disp. Tob. Schwendendorff. De Jurisdictione                                      |            |
| 11. Disp. Sigismundi Fnickelthusij De Iure Sculpturae                                | 146.       |
| 12. Decas questionum iudiciarum  | 175.       |
| 13. Iohann. Kannengießer de Nutrio.  | 219.       |
| 14. David Liniori disputatio ex Naturaliby, substantialiby et actioniby contractuum. | 229.       |
| 15. Disp. Henningi Grossi. de Defensione necessaria.                                 | 279.       |
| 16. Disp. D. Conradi Carpiani ex probationiby  | 307.       |
| 17. Disp. D. Eust. Disp. ex Cessione sursum  | 333.       |
| 18. Disp. Michaelis Federici nisi. ex Felonia.                                       | 365.       |
| 19. Disp. Riemeri ex Mora etimy.   | 373.       |
| 20. Disp. Ioh. Sveri ex heretico.  | 381.       |
| 21. Disp. Ioh. Sveri ex heretico.  | 389.       |
| 22. Henningi Grossi. iisque. ex Jurisdictione  | 411.       |
| 23. De Iure Pigner. et syphilitocar.   | 423.       |

|     |  |      |
|-----|--|------|
| 24. | De Exceptionibus.                        | 455. |
| 25. | De Homicidio.                            | 463. |
| 26. | De Sententia Definitiva.                 | 481. |
| 27. | De Captivitate seu Occupatione Terrarum. | 497. |
| 28. | De Militari Testamento.                  | 529. |
| 29. | De Tertio Interveniente.                 | 541. |
| 30. | De Mandato.                              | 555. |





12 175.

SOLO FAVENTE DEO  
CONCLVSIONES JVRIDICÆ  
DE  
JVRE SEPVLTVRAÆ  
AD TIT. D. ET C. DE RELIG:  
ET SUMT: FUN: TIT. DE SE-  
PULCH. VIOL. CUM TIT. ALIIS  
COGNATIS:

*Quas*

Permissu atq; Consensu Inclytæ Facultatis  
Juridicæ Lipsiensis

SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS,  
J. U. D. & Professor Publ.

*Disquisitioni publicæ subiicit,*

E T

*Respondendo defendet*

JOHANNES SCHILTER  
Lipsiensis.

*Ad diem 13. Julij.*

*Locis & horis consuetis.*

•••(o)•••(o)•••(o)•••

L I P S I A

*Excudebat GREGORIUS Rißsch / Anno 1626.*

VIRIS

*Magnificis, Strenuis, Nobiliss. Ampliss. & Consultissimis, varioq; rerum usu conspicuis*

DN. GABRIELI TUNZELIO J. U. D. S. Cæsar.  
Palatij Comiti, nec non Serenissimi ac Potentiss. Electo-  
ris Saxoniæ, Burggravij Magdeb. &c. Consiliario meri-  
tissimo.

DN. NICOLAÖ GEBHARDO à Miltz ejusdem  
Sereniss. Electoris Saxon. &c. Consiliario spectati-  
fimo.

ET

DN. ARNOLDO ENGELEBRECHSEN J. U. D.  
Archiepiscopatus Magdeburgensis Consiliario & Salina-  
rum Halensium Præfecto digniss.

*Mecœnatibus, Affini, Patronis & Promotoribus suis  
omni observantia cultu suscipiendis*

Hasce Conclusiones in debitæ gratitudinis & honoris mo-  
numentum, studiorum testimonium, suiq; commen-  
dationem submissè & reverenter inscribit & offert

*Respondens.*

Σω Θεῦ!

**J**us Sepultura ejusq; affinia tractaturi, non est, quòd illos imitemur, qui more improborum mercatorum mercis sue fucosè emtorem queritantium, prolixè & operose de utilitate & præstantia proposita materiae in frontispicio dicere solent: Ipsa quippè res loquitur, ac sese ipsa commendat satis, arg. l. i. d. de in integr. restit. Nec ullum usq; adeò peregrinum in SS. literis alijsq; historicorum ac politicorum scriptis esse existimamus, quem fugiat, quanta religione erga defunctos suos & horum conditoria gens quelibet in universo orbe ducta fuerit, cui modò mens ineptà illa ac plus quam beluina opinione de contentu sepultura non effascinata est. Omissionis igitur verborum lenocinijs, ad institutum hoc rectè procedimus: non tamen integrum de hac materiâ tractatum conscribere; sed potiora saltem jura in certas conclusiones coniucere, & disquisitioni subiucere lubet. Ne autem cuidam fortè Zoilo per rhapsodiam labor hic noster natus videatur, certa quedam capita in limine constituemus, ad quæ Conclusiones singulas revo-

a) Concl.

b) à Cor. 3. 1. 2.

c) à Conc.

d) à Cor. 10.

e) à Cor. 18.

f) à Cor. 28.

g) à Cor. 33.

h) à Cor. 61.

i) à Cor. 75.

j) à Cor. 77.

# Conclus. I.

Cap. i.  
De Defi-  
nit & Di-  
visione.



Epultura a) est illatio cadaveris hu-  
mani b) in locum licitum c) ut ibi perpetuō  
quiescat d)

a) Sepulturæ vocabulum non uno modo  
in jore, præsertim Canonico usurpatur. Interdum enim  
(1.) pro ipso sepulchro accipitur c. abolende. 13. ibi, effodi sepul-  
tura. extr. de sepult. c. aurum. 70. 12. q. 2. Quandoq; (2.) pro of-  
ficio & licentia sepeliendi c. non satis. 8. ib. pro sepultura quoq;  
extr. de simon. Nonnunquam (3.) pro ipso actu, scilicet de-  
positione seu formâ sepulturæ, l. locum. 2. §. de ea 3. §. sepul-  
chrum. 5. §. si usumfructum. 7. l. scriptus. 4. l. si quis. 40. D. b. t. In  
qua postremâ significatione sepultura hoc loço sumitur.

Q? Quæstio autem hic statim in limine occurrit: An Sepul-  
turæ aliqua ratio habenda sit? Sanè Gentiles mortuo-  
rum suorum cadavera olim varijs modis tra&tarunt: devo-  
rârunt, suspenderunt, in mare, in sterquilinia abjecerunt;  
canibus, avibus, alijsq; feris objecerunt, cremarunt, senes  
de rupe præcipitarunt &c. uti longo catalogo ritus hosce re-  
censem Dn. D. Joh. Gerh. Theolog. locor. tom. 8. rubr. de Morte.  
l. 7. num. 78. & quæst. pol. dec. 8. q. 9. & 10. & Jun. quæst. pol. 109.  
Persæ mortuos cerâ litos domi servare solebant. idem Ba-  
bylonijs & Assyrijs fecerunt. Syrijs condierunt cadavera myr-  
rhâ, aloë, cedro, melle, sale, bitumine & resina, Alex. ab Alex.  
3. gen. dier. 1. 2. Alexandri quoq; cadaver melle fuisse litum  
scribitur, quod à corruptione mel conservet, Plin. lib. 22. Jun.  
q. pol. iii. Sunt etiam, qui sepulchri jacturam floccipen-  
dant: Virgil.

— — — Facilis jactura sepulchri est.

Meccenas ait:

Nec tumulum curio, sepelit natura relictos.

Socrates apud Platonem, cum Crito quæreret, quomodo se-  
peliri vellet, ita respondit, ut inde appareat, eum de hoc  
genere nihil laborasse. Anaxagoras cum Lampsaci morere-  
tur,

tur, quæ siverunt amici, velletne Glazomenas in patriam  
 ubi majores ejus sepulti erant, afferri: Nihil necesse est, inquit,  
undic enim ad inferos tantundem via est. Cujus quidem rationem  
 Cic illam esse dicebat i. Tusc. qq. quod videlicet tota ratio  
 humationis ad corpus pertineat, in quo, elapso spiritu, nul-  
 lus sensus superstis, ob idq; facile contemni possit, quod non  
 intelligeretur ab eo, cui impenderetur. Theodorus Cyrenaus  
 Philosophus, nihil interesse, dicebat, humin' an in sublimi puresceret Cic.  
 i. Tusc. qq. Diogenes inhumatum se abiijci jussit, baculô tan-  
 tum appositô, additâ hac ratione: Si me canes, inquit, late-  
tarint, sepulta erit Hircana: si vultures, Ibera: si nullum animal acce-  
serit, ipsum tempus pulcherrima erit sepultura, corpore videlicet absimilò  
à pretiosissimi rebus, Sole & imbris. Cic. i. Tusc. Jun. q. pol. 109.  
 Sed & Illustrum virorum sepulchrum est universa terra  
 Thucyd. lib. 2. Albani nefas putabant, curam mortuorum ge-  
 rere: Sabæi corpora defunctorum, eo, quo stercus, modo  
 ducebant, Chassan. de glor. mund. p. i. confid. 5. Et Lucan. ait lib. 7.  
 Cælo tegitur, qui non habet urnam. Quamvis & hoc verum sit,  
 quod nihil adimat Christiano, ubi cuncti sepeliatur. August.  
 de civ. Dei. lib. i. c. 12. Ut enim impijs non prodest sepultura  
 honorata, sic pijs nihil nocet ignominiosa: custodit enim Deus  
omnia ossa piorum Psal. 34. v. 21. Nec tantum terra, sed & mare  
 aliquando mortuos suos reddet, Apocal. 20. v. 13. Et ubique  
 sepeliamur, domini est terra, & plenitudo ejus c. ubi-  
 cung. 26. 13. q. 2. Imò si corporibus locus non relinquatur  
 sub cælo, in cælo tamen erunt, ut martyr quidam Tyranno  
 respondit. Nobis tamen tanquam humanior &  
 magis pia arridet eorum sententia, qui sepulturam omnibus  
 mortalibus commendatam esse volunt. Ratio (1.) quia in  
 Sacris literis non tantum viri quoq; Sancti maximam sepul-  
 turæ curam habuerunt: Abraham emit agnum ad sepul-  
 turam uxoris suæ, Saræ, Genes. 23 v. 4. 16. 19. Abraham ho-  
 norificè sepelitur à filiis Isaac & Ismaël Gen. 25. v. 9, ubi &  
 Isaac à filiis Esau & Jacob Gen. 35. v. 28. 29. Et Jacob itidem  
 à liberis suis Gen. 50. v. 13. Ezechias honorificentissimè se-  
 pelitur, 2. Chron. 32. v. 33. David i. Reg. 2. v. 10. Salomon i. Reg. 11.  
 Et in sepulchro eiusdem David i. Reg. 11. v. 42.

v. 42. Rehabeam 1. Reg. 14. v. 31. &c. Sed & sepulturæ officium partim in numero operum charitatis Christianæ collocatur, Genes. 23. v. 4. 6. 50. v. 7. Iosu. 24. v. 32. Ruth. 1. v. 9. ubi misericordia appellatur, uti & 2. Sam. 2. v. 5. & v. 32. 1. Reg. 11. v. 15. Tob. 1. v. 20. & c. 12. v. 12. Matth. 14. v. 12. & c. 26. v. 9. 10. 11. 12. ubi Christus opus bonum vocat, quando mulier eum honoravit, & ipsius corpus sepeliendum oleo pretiosissimo perfudit: partim præmij ac beneficij loco habetur, Genes. 15. v. 15. Tob. 5. v. 26. 1. Reg. 14. v. 13. partim etiam privatio ejusdem pœnæ loco adducitur, Esai. 34. v. 3. ut & de corpore Goliathi legitur, 1. Sam. 17. v. 44. 46. Jesabelis 2. Reg. 9. v. 33. Et de cadavere Jojakim prædictis Jere-mias c. 36. v. 30. quod debeat sepulturâ carere, quod & factum est, teste Josepho. Ostian. ad c. 24. v. 6 lib. 2. Reg. Huc pertinent dicta & vaticinia Esai. c. 14. v. 19. 20. ter. c. 7. circ. si. c. 14. v. 16. c. 16. v. 4. 7. c. 22. v. 19. (2.) quia corpus hominis eum cultum meretur, ut terræ demandetur, siquidem ad Dei figuram effigiatq; creatura est, Gen. 1. v. 17. fuit membrum Christi ad Ephes. 5. v. 30. pretioso ejus sanguine redemptum Rom. 5. v. 9. 1. Petr. 1. v. 18. 19. fuit templum & habitaculum Spiritus S. t. ad Cor. 6. v. 19. Quare Prudencius in Hymno:

*Animæ fuit hac domus olim,  
Factoris ab ore creatæ,  
fervens habitavit in istis  
sapientia principe Christo.*

(3.) quia certa spes est resurrectionis corporum ad vitam æternam, ubi corpori Christi gloriose conformia reddentur, Philipp. 3. v. 21. Marc. 12. v. 25. seqq. Ioh. 11. v. 24. 25. 1. Cor. 15. v. 16. seqq. Tob. 19. v. 25. Psal. 17. v. 15. 1. Thessal. 4. v. 14. seqq. c. non assimemus 19. 13. q. 2. vers. corpori. (4.) quia honesta sepultura non parùm memoriam humanae conditionis recolit, Eccles. 7. v. 3. Syrach. 38. v. 23. l. quidam. 27. ibi: sed memoria humana conditionis d. de condit. inst. Idcirco etiam omnium gentium jure receptum videtur, corpora mortuorum terra, matre reddere: Quod & Lucan. inquit, quaerido ait: *Hominum ritus ut servet in hostem: ut sine juris naturæ violatione sepulturæ officium negligi nequeat* Freher. 1. parerg. c. 23. Hinc etiam qualibet ferè gens

gens peculiares quosdam ritus sibi effinxit, quibus singulariter mortuos suos coli opinata est, *V. infr. conc. 27* (5.) quia principaliter etiam sunt ad memoriam defunctorum, unde monumenta vocantur, ut potè quibus maximè conservatur fama defunctorum *l. locum. 2. §. monumentum. 6. D. b. t.* (6.) quia non tantùm honestas suadet, sed & summa utilitas exposcit, ut sepulturæ curam suscipiamus, ne videlicet foetore, ex corporibus putrescentibus exhalante, aër corrumpatur, unde viventium salus maximoperè periclitatur, *l. sunt persona. 43. D. h. t.* Et profectò (7.) apes defunctas progerunt, funerantiumq; more comitantur exequias, *Plin. lib. II. nat. hist. c. 18.* Et formicæ inter se sepeliuntur, *Idem Plin. d. l. II. c. 30.* Si hoc bruta: quid in nobis ratio facere debet?

*b) l. locum. 2. §. sepulchrum. 5. D. b. t.* Objectum itaq; sepultura est potissimum corpus exanime hominis, vel etiam ossa, si nihil amplius est reliquum *d. l. 2. §. prævor. 2.* Regulariter enim viventium sepultura nulla est, impedit siquidem hanc & religionis & humanitatis ratio, à qua sepultura proficiuntur. Solent tamen interdùm propter atrocia facinora vivi in terram defodi. Sic olim virgines Vestales incestum committentes in campo Scelerato vivas apud Rom. sepultas fuisse testatur *Plutarch. in Num. Pomp.* Hodiè ex *Constit. Crim. Carol. art. 131.* eidem pœna interdum subiiciuntur infanticidæ.

*c) Locus in quem mortuas inseruntur vel est proprius inferentis, vel ei cum alijs communis, vel alias in eo habet usumfructum, vel plane est alienus §. religiosum. 9. I. de R. D.* Hodiè loca licita sunt Cœmteria publica, quæ & dormitoria; item sepulchreta vel conditoria, à Petronio, & conditiva à *Seneca epist. 61. & 83.* non ineptè appellantur. *Vid. infr. concl. 20. & seqq.*

*d) l. divi fratres. 39. D. h. t. l. si quis. 40. D. eod. ubi eleganter JC. Paulus ait: Sepelire mortuum nihil aliud esse, quam aeternam sedem corpori dare. l. si necdum. 19. C. eod. Ratio est, quia quæ ad tempus saltem alicubi sunt, ibi esse non intelliguntur, l. ex facto. 35. §. verum. 3. D. de hered. inst. l. si fundus. 44. D. de leg. 3.*

II. Se-

II. Sepultura in genere considerata à Canonistis  
duplex est, alia honesta, alia ignominiosa, a) Illam  
rursus subdividit in communem & propriam. b)

a) *Honesta* est, cui adhibentur ceremoniae ac ritus pro  
loci cuiusque consuetudine solennes: Quæ iterum ratione  
ceremoniarum subdividi potest in Ecclesiasticam & milita-  
rem. *Ecclesiastica* est illa funeris ad cœmiterium deductio, quæ  
fit cum psalmodijs sacris ad viventium informationem, ac  
consolationem, defuncti vero commendationem. *Militaris*  
est, quæ ritu militari adhiberi solet. *Ignominiosa* est, ubi so-  
lenitates ejusmodi omittuntur. Cic. in *sepultam sepulturam* vo-  
cat: Ab alijs etiam canina & asinina arg. text. *Jerem.* 22. v. 19.  
nominatur, quia cadaver mortui plerumque, extra locum  
consuetum religiosum in bivio, vel trivio, vel ubi brutorum  
cadavera abscondi solent, terrâ obrnitur.

b) *Communis* dicitur ea, quæ Jure Gentium communis  
est omnibus, etiam peregrinis, in publicis coemiterijs. *Propria* est, quæ non cuivis patet, sed ad certas personas privatas  
tantum spectat; vel unam, vel plures, vel etiam universam  
aliquam familiam. Indè illa inventa sepulturae divisio, qua  
alia dicitur *hereditaria*, alia *familiaris* l. *familiaria*. s. D. h. t. *Heredi-*  
*taria* jure hereditario ex persona primi acquirentis compe-  
tit omnibus heredibus, sive sui sint, sive extranei, nullo san-  
guinis vinculo juncti: sive ex testamento, sive ab intestato  
succedant; ex quacunque parte d. l. s. & l. vel quod. 6. D. h. t. l.  
jus sepulchri. 13. C. eod. *Familiaris*, jure familiaris omnibus compe-  
tit, qui de ista familia sunt, d. l. s. D. l. si *sepulchrum*. 4. ibi. jus ejus  
ad omnes. C. b. t. *Jus* tamen *familiaris* sepulchri ad cognatos  
etiam cum extenditur, quando heredes instituti sunt; quin  
& extranei tunc jure *familiaris* sepulturae fruuntur, arg. l. *jus*  
*familiarium*. 8. l. *jus sepulchri*. 13. C. b. t. Ratio esse potest, quia  
succedit in omne *jus ejus*, qui est de familia: E. & *jus familiæ* consequtur. Existimat vero Accursius ad d. l. s. in *fami-*  
*liari* sepulchro omnes hodiè de familia admitti, nec distin-  
guendum esse inter agnatos & cognatos: cum in hoc nulla  
sit differentia inter agnatos & cognatos Nov. 118. 6. 4. *Quod*  
qui-

quidem reprehensorem non habet; rationiq; consentaneum & æquissimum esse, ait Garz. de expens. c. 8. n. 4. Verum nos d. Nov. in materiâ quidem successionis locum habere non negamus: In cæteris vero juri articulis, ut & in hoc nostro casu, differentiam istam sublatam esse, non censemus.

III. Olim ex jure Gentium tūm apud Romanos, tūm apud alias gentes cuiq; liberum erat, in suo fundo mortuum sepelire: Atq; sic jus Sepulturæ juris privati fuit a) Hodiè verò id planè immutatum, pendetq; jus sepulturæ ab authoritate superioris publica. b)

a) Per §. religiosum. 9. J. de R. D. Ratio juris veteris erat, quia aliás cuique de rebus suis disponendi arbitrium integrum & liberum est, l. in re mandata. 21. C. manda. Id vel maximè in causa sepulturæ permittendum esse, suadere videbatur & religionis & humanitatis ratio, l. 1. §. interdictum. 6. D. de mort. infer. Unde in l. scrip. 4. D. b. t. dicitur, sepultura locum naturaliter ad dominum loci defunctum pertinere. In publicum tamen locum, puta, in campum Martium & similia loca sine authoritate Pontificum ne olim quidem inferre licebat. Sic enim decretum à Pontificum Collegio, inquit Cic. 2. de ll. circ. si. Non esse jus, in loco publico fieri sepulchrum: Statuit enim Collgium, locum publicum non potuisse privatâ religione obligari.

b) Hodiè secundum instituta nostri temporis & scita Juris Canonici nullus locus profanus solius privati arbitrio ac voluntate, illatione cadaveris religiosus fieri potest; sed necessum est, ut per Episcopum vel Ordinarium Magistratum locus sepeliendis mortuis ritè destinetur, c. ad hæc. 4. extr. de relig. dom. qui locus cœmiterium vocatur. Quod verbum Durandus absurdè dictum putat à cimen, id est, dulce, & sterion, quod est statio, quia ibi ossa dulciter quiescunt, vel quia ibi sunt cimices, id est, vermes, ultrâ modum fœtentes. Rectius à nonadæ, id est dormio, ut sit cœmiterium quasi dormitorium, quod ibi cadavera quasi dormiant & Salvatoris adventum expectent. Ratio abrogationis hujus, quod nempe privatis pro lubitu in suo sepeliendi licentia ademta sit, dependet ab utilitate & salute publica. Interest quippè Reip. ut lit. (a.) dictum est, tūm ne religione privata locus publicus affiliatur, tūm

B ne

Cap. 2. De  
causa un-  
de jus se-  
pulcræ  
depédat,  
& quomo-  
do acqui-  
tatur.

ne aëris exhalationibus putridis ac noxijs, quæ ex sepulchris oriuntur solent, corruptur, & sic corpora vivorum inficiantur. Quare loca plerumque à frequentiâ hominum remota humanis cadaveribus deputari solent. Quæ de re infra plurib. concl. 28 b. Vid. pro ulteriore declarazione hujus concl. infra. concl. 47.

IV. Quæri itaque non incommodè potest: Numnè simpliciter & immediatè ad ipsam Ecclesiam jus sepeliendi spectet, ab eaq; impetrandum, an verò ad jus Patronatus referendum sit?

Jus Canon. si consulimus, prior sententia verior videtur (1.) per tex. inc. non estimemus. 19. ib. ad mortuos, pro quibus curam gerimus. 13. q. 2. c. ubiung. 6. c. placuit. 7. c. præcipiendum. 15. d. l. c. tunc in Ecclesiæ. 9. ib. in quibusdam Ecclesijs. Et: pro sepulturis. extr. de Simon. (2.) Ratio est, quia Jure Can. jus Patronatus etiam laico competit, c. un. de jur. pair. in 6. At verò cœmiteria non nisi Ecclesia ejusque presbyteri sibi vindicant, c. Ecclesiæ. 13. q. 1. Consequens itaque est, jus sepulturæ ab his impetrandum, nec ex jure Patronatus fluere. Si ad Mores hodiernos recurrimus, in hisce præsertim regionibus, ubi repurgata est Religio, ipsa experientia edocet, sepeliendi jus non ab Ecclesia, neque à Magistratu Ecclesiastico, sed à Defensori & Patrone Ecclesiæ, sive à Magistratu Politico impenetrari: unde colligere est, ex jure Patronatus hoc jus sepeliendi descendere.

V. Acquiritur porro jus Sepulturæ tam oneroso, quam lucrativo titalo, puta, Emtionis-venditionis: a) Legati b) Præscriptionis &c. c)

a) Ratio est, quia Jus Sepulturæ Jure Civili non est extra commercium, ut ex seque exemplis apparet. Sed an Jure Canon. pretium pro sepulturæ loco recte exigatur, major dubitatio est? N. Non potest aliquid exigi ratione terra seu loci, in quo defunctus sepelitur. Id enim expresse prohibetur, in c. abollende. 13. extr. de sepult. &c. in Ecclesiastico. 14. can. 13. q. 2. Estque ratio, quia ita venalis forte dici potest Ecclesia, aut Clerici videri possunt de humanis mortibus gloriari, si ex eorum cadaveribus student quærere quolibet modo compendiū, c. questa est. 12. in f. 13. q. 2. Non etiam (2.) ratione officij exequiarum, & administrationis Sæ-

crat-

cramentorum. Ráto est: quia in Simoniae crimen incidere videntur, qui sepulturæ nomine aliquid exigunt, c. non satù. & c. cum in Eccles. 9. c. suam nobis. 29. c. audivimus. 41. extr. de Simon. (3.) quia impium Pontificibus visum fuisse videtur, ea venalia habere, quæ divini juris sunt. Ea igitur qua humano commercio exenta sunt, Christianæ charitatis officium habita religionis & pietatis ratione gratuitò concedi jubet: adeò ut non ineptè, quod de Jurisprudentia dicitur in l. 1. §. proinde s. D. de extr. cogn. rem sanctissimam pretio numario nō estimandam nec debonestandam esse, huc accommodet, Duar. de benef. Eccles. l. 7. c. 6. Atquè hoc consideravit Alphonsus Arragonum rex, qui pastorem quandam pagi per biduum in fovea ad lumbos usq;, terrâ circumfusâ detinuisse scribitur, quod viduæ cuiusdam maritum sine pretij numeratione sepelire noluerit. Quam historiam refert Beuf. ad l. admonendi. de jure. n. 968 f. 675. Quod tamen in ipso Jure Canon. ita restringitur, nisi consuetudine alicubi receptu sit, ut non tam aliquid exigatur, quam ex liberalitate sponte offeratur: maximè si Clerici non habeant, unde vivant, c. ad Apostolicam. 42. extr. de Simon. d. c. questa est. 12. vers. sed si quando, c. in Ecclesiastico. 14. & d. c. pricipiendum. 15. cap. 13. q. 2. Ratio hujus consuetudinis ex illo axiomate Ulpiani peti & huc accommodari potest: quod quædam honestè accipiuntur, quæ in honeste pertuntur, d. l. 1. §. proinde s. in s. D. de extr. cogn. Canonicam tamen peti, permittitur in c. i. c. fratern. 3. c. de his. 4. extr. de sepult. quæ quia in usu apud nos non est, de ea prolixius hic agere supervacaneum putamus, Vid. P. Greg. Thol. 1. part. jur. Can. t. 15. c. 4. Medicis de jur. sepult. p. 1. q. 5. & seqq. Hodiè ea consuetudo invaluit, ut vel singula se pulchra redimantur, vel certum aliquod spatiū, in quo vel universæ familiæ, vel hæredibus tantum ementis sepe liceat. Ratio hujus consuetudinis piè & salutariter sustinetur, non quidem ab accipientium avaritia, sed ab Ecclesiæ indigentia, dantiumq; liberalitate. Quod enim datur, non ad lucrum in honestum, sed ad Ecclesiæ sustentationem & ut eò commodius cœmteria sarta tecta conservari possint, adhibetur.

b) Tex. in l. monumenta. 14. C. de lega. Legari autem non possunt res, nisi quæ sunt in commercio, §. non solum 4. vers. sed si talis. 7. de lega. Et legatum modum acquirendi esse, certum est, §. si. 7. de iusta & habit.

c) Tex. in l. monumentorum. 6. ib. præscriptio autem, C. b. t. Ratio est, quamvis ipse locus sepulturæ quoad proprietatem nec possideri, nec præscriptione acquiri possit, cum res religiosa extra

commercium sit, §. 1. J. de usuc. l. usucionem. 9. D. eod. indè & ipso  
rum sepulchrorum dominium expressè negatur, in l. 1. D. si serv.  
vind. Jus tamen sepeliendi in commercio utiq; est, quia ad do-  
minium nostrum refertur, per notata sub lit b.

V. Jus Sepulturæ sic legitimè acquisitum ad privatos  
vel jure hæreditario, vel familiæ devolvitur, & quidem hæ-  
reditarium jure successionis. a) Hinc quæstionis est: Num  
penes hæredem repudiantem hæreditatem? b) Itemq; fi-  
lium ex hæredatum? c) nec non emtorem hæreditatis hoc  
jus resideat? d)

a) l. bis consequenter. 18. §. idem querit. 2. v. idem tamen. D. fam.  
erçist. l. vel quod. 6. D. b. t. Sub Juris hæreditarij & familiæ titulis alios,  
puta concessionem, legatum l. monumenta. 14. C. de lega. & similes  
non exclusos volumus.

b) In hærede repudiante distinguendum est inter liberos &  
extraneum. Liberi, tâm sui, quam emancipati, sive extiterint hæ-  
redes sive sese abstineant, nihilominus jus sepulturæ retinent,  
l. vel quod. 6. vers. liberis. ibi, sive se abstineant. D. b. t. Ratio est: quia non  
est sine hærede, qui suum hæredem habet, licet abstinentem se,  
l. cum quasi. 30. §. sed & si suis. 10. D. de fidei. libert. l. i. §. qui sum. 7. D. si  
quis om. cau. test. Ratio verò quoad suos est, quia illi vivo adhuc pa-  
tre domini rerum paternarum sunt, & ipso jure hæredes existunt,  
§. sui a. 2. vers. sed sui. J. de hæred. qual. & diff. nec per abstentionem hæ-  
redes esse desinunt, l. ei qui. 88. D. de hær. inf. l. ait prætor. 7. §. sed quod  
Papinianus. 10. D. de minor. Ratio itidem quoad emancipatos est, quia  
quamvis per emancipationem extranei facti intelligantur, l. qui  
etiam. 55. §. 1. in fi. D. de rit. nupt. & ita Civilis ratio cesset: non ra-  
men sanguinis jus à natura profuens, per emancipationem tolli-  
tur: jura n. sanguinis nullo jure Civ. dirimuntur. l. jura. 8. D. de R. J. Cùm  
igitur jus sepulturæ naturalem causam habeat, mortalitate in scil.  
ac memoriam humana conditionis, l. quidam. 27. D. de condit. inf. l.  
scriptus. 4. ibi. naturaliter enim videtur. D. b. t. & ex humanitate profici-  
scatur, l. vel quod. 6. ib. humanitatis gratia. D. b. t. utiq; jus istud per e-  
mancipationem sublatum non erit. Extraneus verò nihil plane  
juris habet antè aditam hæreditatem; Ratio est, quia neglecta  
aditio-

187.

āditione & hæreditate repudiata, non potest dici successor, siquidem jus hæredis eo maximè tempore inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem, § in extraneis. 4. vers. nam jus hæredis. 7 de her. qual. & diff. Quare nec ea sibi vindicabit, quia jure successorio competent, ut hoc jus sepulturæ, d. l. vel quod. 6. D. b. t.

c) Exhæredatus jura sepulchrorum nihilominus retinet (1.) per text. in l. vel quod. 6. ibi. exhæredatis a. D. h. t. Ratio quidem aliqua juris stricta pro eo nulla est, nequè enim est hæres: judicio namq; patris ab hæreditate remotus est: Nequè filij nomen ferè meretur, siquidem debitam patri reverentiam violavit. Ratio tamen humanitatis facit, ut ibi sepeliatur, ut ait, tex. in d. l. vel quod 6. (2.) Ratio hujus humanitatis ex eo videtur descendere, quod aliquando fuerunt domini jam vivo adhuc patre, l. insūs. 11. D. de lib. & posth. quasi sufficere debeat, quod uno vel minimo instanti fuerint domini. Nec ratio aliqua humanitatis facere potest, ut indulgentia hæc parentibus concessa eò usq; extendatur: cum naturaliter jura sepulchrorum liberis quasi adhæreant arg. l. scriptus hæres. 4. vers. naturaliter D. h. t. Exceptio est, si pater justo odio commotus specialiter prohibuerit exhæredatum sepeliri, d. l. 6. ibi. nisi spesialiter testator. Ratio videtur esse, quod hoc patriæ potestati indulsum sit.

d) Ratio est, quia emtor hæreditatis, et si successor sit universitatis, l. nec ullam. 13. l. si quis siens. 8. D. de her. pet. vicemq; hæredis sustineat quoad effectum, arg. l. venditor. 2. § sicuti lucrum. 9. l. cum quis. 18. D. de her. vel act. vend. l. si ei. 9. D. comm. pred. Attamen successor juris non est, nec universali, sed singulari, puta emtionis, titulo hæreditatem occupat, arg. l. ratio. 2. C. de her. vel act. vend. tantum abest, ut in ipsum jus defuncti universum succedat, quod sohie hæredis proprium est, l. hæreditas 62. de R. I. At verò sepulchri jus ad juris successores, sive hæredes tantum pertinet, l. vel quod. 6. in pr. ibi. jure hæreditario. D. h. t. l. jus sepulchri C. eod.

VII. Ad fideicommissarium hæredem an jus sepulchri pertineat, constat, quād maximè controverti? Nos in communem DD. opinionem contra Neotericos quosdam procliviores sumus.

(1.) Per tex. in l. quia perinde. 42. §. 1. D. ad SC. Treb. ubi Paulus  
ait: *Restituta hæreditate*, (puta fideicommissio) *jura sepulchrorum remanent*  
*apud hæredem* (id est directum, primum, verum, puta fiduciarium.) §. restituta. 3.  
*ibi, nihilominus hæres permanet.* I. de fideic. hær. (2.) per l. si patroni. 55. §.  
quid ergo. 3. vers. nec ignoro. D. ad SC. Treb. ubi queritur, an fiduciarius  
adire nolens Trebellianicam detrahatur? idq; negatur. Sed potest  
dici, inquit J. C. Tius, quod non videatur deneganda petitio fideicommissi: sive  
Trebellianica, quia simul insequitur *jus sepulchri*. Verum respondet Pa-  
pinianus, planè nihil apud hunc remanere voluisse Senatum.  
E. nec *jus sepulturae*, & per consequens totum auferetur fiducia-  
rio & transit ad fideicommissarium. E. à contrario sensu, si fidu-  
ciarius sponte adit, *jus sepulturae* retinet. Estq; ratio (3.) quia  
*jus sepulturae* sequitur hæredem, l. his consequenter. 18. §. idem qua-  
rit. 2. vers. idem tamen. D. fam. ercise. l. vel quod. 6. D. h. t. At fiducia-  
rius quamvis restituat hæreditatem, non tamen desinit esse hæres,  
d. §. restituta. 3. I. de fideicom. hær. semel enim hæres extitit, idèo  
non desinit esse hæres, l. ei qui. 88. in fin. D. de hær. inf. Cum igit-  
tur apud primum hæredem, fiduciarium, etiam post restitutio-  
nem maneat nomen hæredis directum & honorificum, l. *filium*, 5.  
§. sed ers. 6. infin. D. de lega. præf. cont. tab. &c. l. *Iulianus*. 26. pr. D. si quis  
omis. cau. testam. & fideicommissarius verè ac propriè hæres non  
efficiatur, quia duo ejusdem rei non possunt esse hæredes in soli-  
dum, seu domini, l. si ut certo. 5. §. fiduobus. 15. D. commod. Unde et-  
jam fideicommissarius tantum effectu quodammodo hæres dicitur,  
propter commoda & incomoda hæreditaria, l. si filius fam. 5.  
§. 1. D. quod cum eo qui in al. pot. est & c. loco hæredis est, d. §. restituta. 3.  
in similitudinem hæredis consistit, Nov. 1. c. 1. §. 1. vers. etenim in  
legatarijs. loco hæredis habetur, l. postulante. 44. §. 1. D. ad SC. Treb.  
hæredis vice fungitur, l. si hæres. 68. in fin. pr. D. ad SC. Treb. quæ voces  
& locutiones omnes sunt fictionis significative & nota impro-  
prietas manifestissima: Ideò & *jura sepulchri*, præsertim, quia  
ad honorem potius, quam commodum spectant pecuniarium,  
fideicommissario non restituuntur. (4.) quia nullib; in jure repe-  
ritur, quod *jura sepulchrorum* fiduciario & fideicommissario  
communia sint, ut dissentientes existimant, seu communicata. Dis.  
Chislet. de jur. fideic. c. 6. l. 4. p. 1066, cui accedit Hillig. ad Don. l. 7. c. 25. lit. E.  
Franc. de Barry tr. de succ. test. & intest. lib. 8. tit. 12. n. 34.

IIX. Ad

**IIX.** Ad Usufructuarium omnium bot. orum malè hoc  
jus extenditur.

(1.) rex, est in l. locum. 2. § qui mortuum, i. v. sed & fructuarius & §.  
si usumfr. 7. D. b. t. (2.) ratio est, quia usufructarius non est juris  
universi successor, sive heres; sed succedit saltem in universitatem  
bonorum, & sic nihil praeter lucrum pecuniarium consequitur:  
si namq; heres esset, nunquam desineret esse heres, §. restituta. 3. I de  
fideic. her. l & qui solvendo. 88 in si. D. de her. inst at usumfructum tempo-  
re finiri constat ex l. ambiguitatem. 12. C. de usufr. §. finitur. 3. I. eo. Hinc nec  
tenetur ad æs alienū solvendum, sed heres illud ex bonis defuncti  
deducit, l. usufr. 69. D. ad L. Falc. l. si. D. de usufr. in reliquis manebit usu-  
fructus. Relicto namq; usufructu bonorum, ea intelliguntur bona,  
quæ deducto ære alieno supersunt, l. subsignatum. 39. §. i. de V. S. l. ni-  
hil interest. 43. fin. D. de usufr. leg. l. usufr. 69. D. ad L. Falciid. Cum ergo  
usufructarius heres non sit, utiq; nec jus sepulturæ ad eum spe-  
ctat, arg d l. vel quod. 6. pr. D. & l. jus sepulchri. 13. C. b. t. (3.) quia morte u-  
sufructuarij mox tollitur usufructus, d. §. 3. I. de usufr. l. sicut 3. §. morte. 3.  
D. quib. mod. usufr. am. E. & sepulturæ jus locum habere nequit.

**IX.** Quid de foeminiſ & descendantibus ab istis, num  
Jus Sepulturæ ipsis etiam competit? Dist. inter sepulchra  
familiaria & hæreditaria.

In familiaribus jus sepulturæ ipsæ quidem foeminae habent: Ratio est, quia non desinunt suæ civitatis suæq; originis esse ma-  
xime quoad favores & commoda, Gædd. ad l. pronunciatio. 195. §. mu-  
lier. 7. n. 2. de V. S. Et fac. in argumentum l. familiae 196. de V. S. ubili-  
beri saltem foeminarum à familiâ excluduntur, quo ipso innuitur, ipsas filias, foeminas, familiam non planè mutare. Descen-  
dentes verò à foemina jus sepulturæ non retinent: Ratio est:  
quia hi sequuntur patris sui, non matris familiam, d. l. 196. familia-  
ria autem sepulchra nemo sibi vindicat, nisi sit de familia, l. fami-  
lia, 5. D. b. t. aut heres alicui existat de familia, l. jus sepulchri. 13.  
C. b. t.

**X.** Quia humanitatis ratio omnibus permittit, se-  
pulturæ officium vel extraneo exhibere: Quid de  
ijs statuendum, qui in publico occisi reperiuntur,

Cap. 3. De  
Personis  
tum sepe-  
lientibus,  
tum sepe-  
aliiendis.

an quibus illos, etiam non expectata superioris concessione, sepelire potest?

Qui affirmant, praeter pietatis & rationis tum naturalis tum civilis suffragium, urgent textum *Juris Saxon*, lib. 3. Landr. art. 90. ib. Wird jemand gemordet auf dem Felde / vnd man da nicht weiss/ wer es gehan hat / wer ihn dann erst findet / vnd begräbet auf dem Felde/ oder in dem Dorfe nechst dabey mit wissenschaft seiner Nachbarn / er misshut daran nicht : Ubi praeter vicinorum auxilium & attestacionem nihil desideratur , nullaq; mentio planè fit judicis. Imò in sequentibus verbis : Wird aber einem Manne / &c. expresse ille casus tantum excipitur ; si accusatio instituta sit , & tunc deum expectandam esse veniam judicis, asseritur. E. lite non mota sepelire sine judicis authoritate licet. Verum cum occisum tollere cadaver usu communii primus jurisdictionis gradus reputetur , Besol. in polit. p. 1. c. 12. n. 78. vers. 4. Utiq; magistratus authoritas & cognitio negligenda non erit , ne quis ejus jurisdictioni quid detractum velle videatur. Quare d. art. 90. secundum gloss. ibid. civiliter accipimus, nisi videlicet judicis intersit, aut contraria consuetudo obtineat : At hic judicis omnino interest, ne jurisdictione ipsius minuatur. Neq; hanc limitationem excludit exceptio in contextu allata : in diversis enim & compatibilibus unius inclusio non statim est alterius exclusio.

XI. Num ad sepulturæ officium aliquis cogi potest? D.

Extraneus (1.) qui hæres non est, nec quicquam eò nomine accepit, cogi nequit, præsertim ut sepulturæ causa aliquid impedit, arg. 1. si quis. 12. §. funus. 4. l. & si quis. 14. §. sicui 2. D. b. t. Tanta enima humanitatis & cognationis naturalis, quæ inter omnes homines intercedit, vis non est, ut leges aliquem ad hoc officium cogant. Exceptio esse potest in ijs, quibus ratione officij sui necessitas prosequendi funus incumbit, ut sunt ministri Ecclesiarum, propinquii. De quibus vid. General. articul. Elec. Augusti Anno 80. c. 15. vers. Es sol auch die Leiche. cum vers. seq. qui tamen nihil sumtuum facere coguntur. Eos verò (2.) quos vel arctiori necessitudinis ac sanguinis vinculo natura conjunxit, ut sunt parentes, liberi, cognati &c. vel quos beneficio ac liberalitate ipse defunctus sibi devinxit,

vinxit, ut hæres: & civilis & naturalis ratio ad hoc officium adigit  
d. l. 12. §. 4. D. b. t. l. qui erat heres. 49. pr. ibi. jussus à pretore. D. fam. er-  
tific. Ratio insuper est, quod nihil æquitati magis conveniat, quam  
ut vel iij onus impensarum ferant, ad quos bona defunctorum per-  
venerunt, vel iij, quorum interest ad famam, defunctum non  
relinqui insepultum, arg. l. quod si. 28. D. h. t.

XII. An pactum Ecclesiæ de recipiendis vel non reci-  
piendis personis certæ alicujus parochiæ valet? A.

(1) per tex. in Iure Canon. express. in c. 1. de pæst. in 6. ib. ne aliquos vel  
certos. (2.) Ratio est, quia omne pactum, quod non est contra le-  
ges aut bonos mores, validum est, l. i. l. juris gent. 7. §. ait prator. 7.  
D. l. si quis. 29. C. de pæst. paquum verò hoc nullibi in legibus etiam  
civilibus improbatum, nec adversatur bonis moribus aut utilitatí  
publica: Etsi enim publicè intersit, defunctorum copora sepeliri  
l. sunt persona. 43. D. b. t. non tamen, ita interest, ut quis in hac vel il-  
la parochia sepeliatur. Nam etsi in una parochia locus sepulturæ  
non concedatur, sepulturæ non tamen in altera denegatur. Quod  
si verò nullus alius locus suppetat, putamus, vix istud pactum su-  
stineri posse.

XIII. Quamvis verò regulariter nulli locus sepulturæ  
in cœmiterio publico denegetur: a) excipiuntur tamen  
quidam, quibus vel planè sepultura denegatur, vel aliqua,  
sed ignominiosa conceditur. Atq; hac præcipue afficiuntur  
Hæretici b) qui in torneamentis pereunt c) excommu-  
nicati d) parricidæ e) usurarij manifesti f) & similes. g)

a) Ratio (1.) est, quia id quod publicis usibus dicatum, ne-  
mini denegandum, arg. §. flumina. 2. §. riparum. 4. §. litorum 5. I. de R. D.  
Quod vel maximè in sepultura obtinebit, pro qua summa æqui-  
tatis ratio militar, l. sunt persona. 43. D. b. t. (2.) quia alias ne quic-  
dem punitis sepultura denegatur, l. i. & fin. D. de cadav. punit. Unde  
rectè (3.) Imp. Vespasianus, teste Suetonio in ejus vita c. 2. sepulturæ  
privationem in gravium pœnarum numerum retulit. Et quæ quæ-  
so (4.) invidia est, id denegari homini, quod ipsi, imò toti etiam  
civitati conducibile est, deneganti verò nocet arg. l. 2. §. 1. D. de aq.  
& aqua pluv. arc. l. in creditore. 28. in fi. D. de evitb. Hinc etiam (5.) Ca-  
nones

nones cuivis sepulchrum eligere permiserunt, in quacunq; paro-  
chia c. cum quis. 2. in fin. de sepult. in 6. c. 1. extr. de sepult. vel etiam in lo-  
co non religioso d. c. 2. in fin. nisi consuetudij contraria alicubi vi-  
geat c. licer. 4. de sepult. in 6. aut pacum aliquod obster c. 1. de pac. in  
c. juxta concl. praece.

b) Hæreticos intelligimus eos, qui in fundamentalibus fidei  
articulis errant, errorem pertinaciter defendunt, & proinde nec  
in verbi auditu nec in sacramentorum communione cum vera  
Ecclesia participant, Dn. Gerb. doc. theol. t. 8. c. 6. 7. n. 90. Hæreticis igitur  
hisce non omnem planè etiam in communī cœmiterio sepul-  
turam denegamus. Ratio (1.) quia homo, qualis fuit & hæreti-  
cus, terræ reddendus est, undē habet ortum Gen. 3. v. 19. (2.) quia  
multa humanitati debentur, quæ non homini debentur Alb. Gen.  
lib. 2. de jur. bell. c. 24. (3.) quia omnium gentium moribus, Cis. in  
Verr. & juri nostro consentaneum, ne cadavera relinquantur inse-  
pulta l. si quis. 12. §. hoc edictum 3. l. sunt persona. 43. D. h. t. Plus igitur  
quam Cyclopicam & extremam sapit saevitiam, quod Pontificij,  
ne quidem in horris aut pascuis suis terra mandari exuvias, Evan-  
gelicorum in suis ditionibus demortuorum permittunt: Imò se-  
pultas exhumari jubent c. sacris. 12. extr. de sepult. vers. undē si contingat.  
Sed sepulturam honestam illis non permittimus (1.) quia & in  
Sacris propter idololatriam sepultura honesta quandoq; denega-  
tur: uti contigit familiae Jeroboam 1. Reg. c. 14. v. 8. & 11. (2.) per-  
tex, in c. sacris. 12. extr. de sepult. ubi ratio duplex adducitur, tūm quia  
æquum sit, ut quibus non communicavimus vivis, non commu-  
cemos defunctis; tūm quia prius erant ab Ecclesiastica unitate  
præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerunt, ideo  
carere debent sepulturâ Ecclesiasticâ: h. e. quia hæretici in vita  
sua ritus Ecclesiæ spreverunt, ejusq; religionem & doctrinam con-  
temserunt, digni non sunt, ut ab illâ Ecclesiastico honore affician-  
tur. (3.) quia sanctum non est dandum canibus, nec margarite  
proiicienda sunt antè porcos Matth. c. 7. v. 6. quod fieret si hæreti-  
corum funera cantilenis ac ceremonijs alijs cohonestarentur. Et  
quomodo (4.) iij in morte honorari possunt, qui vivi odio profecti  
habitû fuerunt Ps. 139. v. 21. 22. Quare (5.) jubet recte Paul. 1. Cor. 14. in fin.  
ut omnia honestè & secundum ordinem fiant. Dis. VVar. ab Ehrenberg  
4. 2. de fœd. c. 1. n. 93. & seqq. Besold. in confid. pol. vit. & morti. l. 3. c. 1. n. 2. f. 98.  
c) Texti.

c) Text, in c. i. extr. de torneam. Id quod de illicitis torneamentis generibus accipiendum, quæ non virtutis, sed lucri forte solius gratia instituuntur, & magis temeritatem, quam fortitudinem præse ferunt. Ratio est, quia cædi facile occasionem præbent; & inhumanum ac turpe est, per jocum sanguinem humanum & vitam ipsam profundi. Quò referri possunt & illi, qui lucri causa in pugna cum bestijs descendunt: Ratio siquidem eadem in his, quæ in illis obtinet, undè & ipso jure infames fieri dicuntur in l. i. D. de his qui not. infra. Qui verò torneamento licto perit, sepulturā honesta carere non debet c. un. de torneam. in Extravag. Ioh. 22. Ratio est: quia in licitis torneamentis primariò virtus spectatur militaris, ad eamq; se se exercent, qui hujusmodi certaminibus operam navant: undè & probantur in Conf. Frid. Imp. 2. F. 27. vers. si quis hominem.

d) Excommunicatum accipimus eum, qui è Communione Ecclesie, eò quod in notorio delicto, puta blasphemia, ebrietatis &c. spretâ omni admonitione perseveret, & impœnitens moriatur, ejectus sit arg. Conf. Elect. Eccl. in artic. general. c. 11. Gerb. loc. theol. tom. 6. c. 5. n. 194. f. 312. His quoq; honesta ac Christiana sepultura rectè denegatur: tex. in c. sacrus. 12. extr. de sepultur. Ratio est: quia excommunicato vivo nihil planè commercij est cum Ecclesia, & quousq; poenitentiam non agit, aditus ipsi omnis ad illam præcluditur, omnibusq; beneficijs Ecclesie privatur, c. quod in te. 11. extr. de penit. & remiss. Quæ autem vivo denegata fuerunt, nec mortuo communicantur c. Jane quod. 3. 24. q. 2. Consentit Conf. prædicta Eccl. Elect. in art. general. c. 11. f. 327. ubi sic habetur: Im fall/ da die excommunierte Person ohne bessierung aus diesem Leben abschiede/ so sol das Pfarr Volek nichl bey dem Begräbnis seyn/ sondern sie ohne gebürliche Ceremonien durch die bestellten Todtengräber doch außerhalb des Kirchhofes/ als ein abgeschnittenes Glied der heiligen Christlichen Kirchen vergraben lassen.

e) Ratio est, Sceleris hujus immanitas. Solon quidem olim nullam de hoc criminis legem tulit, quia nō speravit quod tam impium & nefarium scelus in cor hominis cadere possit: Idem sensit & Romulus, qui illud impossibile judicavit. Alij legum latores dubitabant, quam poenam invenirent, qua rabies hæc plus quam belua expiatetur: eam verò tandem Romani, tanquam reliquis

Sapientiores constituerunt, ut videlicet parricidæ omnium ele-  
mentorum usura, quæ aliâs cuivis communia sunt, adeoq; & ipsa  
sepultura ciperetur, l. pœna. 9. D. ad L. Pomp. de parric. 9. alia deinde. 6.  
J. de publ. jud. Moribus tamen, in his præfertim regionibus, undis  
suffocati Conf. Elec. 3. p. 4. vespere extrahuntur & sepeluntur. In-  
ter parriedas autem h̄c minimè referimus eum, qui patrem, aut  
filium, patriæ exitium parantem occidit, L. minime. 31. D. b. t. Cen-  
set quidem Bodin, de Rep. lib. 1. c. 4. n. 26. non potuisse à Bartolo, Angelo,  
Aretino, Imola, Saliceto & Panormit. sine impetrare scribi, quod liceat  
filiis parentes, Rep. hostes occidere : adeoq; iniquitatis plenam  
esse d. l. minime, cum & juri naturali contrarietur, & filios ad parri-  
cidia invitet. Sed erronea est Bodini sententia : Sensus namq; d. l.  
minime, h̄c est : pater filio, vel filius patri venienti ad Remp. destruendam re-  
sistere & defendendo ipsum occidere potest. Ratio est : quia quamvis fi-  
lius patri, à quo vitam habet, satis arcto vinculo junctus ; multò  
tamen arctius ipsi patriæ, quia antiquior est parens, quam is qui  
creavit, obligatus est arg. l. honor. 14. ib. quò minus patria obsequatur, jure  
patriæ potestat non potest. D. de muner. & honor. l. postlimi:um. 19. §. filius.  
7. D. de capt. & postlim. revers. Unde & Cic. 1. de Rep. & 1. offic. ait : chari  
propinquū, chari parentes, omnium tamen charitates una complexa est patria.  
Imò cum pater ad destruendam Remp. veniens peccet in jus na-  
turale, frustra ejus auxilium implorare videtur, arg. l. auxilium. 37.  
infi. D. de minor. l. filio. 48. §. 1. D. de rit. nupt. A parricidij quoq; cri-  
mine liber est filius, qui contrâ patrem offendentem se defendit,  
& altera vitæ periculum certissimum à patre imminens effugere  
nequit. Ratio est, quia & tûm pater improbo suo facinore legi-  
bus naturæ indignum fese reddidit: tantò minus enim filium of-  
fendere debebat, quanto inter liberos & parentes arctius est co-  
gnationis vinculum.

f) Tex. in c. quia in omnibus. 3. extr. de usur. c. quanquam. 2. de usur. in-  
6. clem. 1. de sepuli. Confirmat novissimum Mandatum Sereniss. Ele-  
ctoris Saxon. Dn. Joh. Georgij die 28. April. anno 625. promulgatum:  
Rubr. wegen des Unchristlichen hochstraffbaren Easters des Buchers/  
&c. §. So wollen wir zu vorkommung ib. auch nach ihren Tode mit  
Christlichen vnd gebräuchlichen Ceremonien nicht bestattet werden. Ra-  
tio (1.) est, quia usurarij, puta manifesti, & in peccato isto dece-  
dentes,

dentes, per excommunicationem, qua afficiuntur, c. præterea. 7.  
 extr. de usur. c. 1. de usur. in 6. privantur omni Ecclesiæ commercio,  
 usq; dum pœnitentiam agant. E. & sepulturâ honestâ arg. c. usuris.  
 12. extr. h.t. (2.) quia invisi sunt tûm ipsi Deo Exod. 22. v. 25. Deut.  
 23. v. 19. Ezech. 18. v. 8. &c. 22. v. 12. Psal. 15. v. 5. tûm omnibus gen-  
 tibus, ob insignem animarum & facultatum pestem. Sic Lycur-  
 gum fœneratores è Rep. Spartana ejusse legimus: Idem fecere  
 & Achenenses. Eò etiam spectat Catonis responsum, ad quasistum illud, *Quid fœnerari?* *Quid*, Cato inquit, *hominem occidere?* Non  
 minus igitur, infert Cic. 2. off. fœneratorem peccare censuit, quam homicidam.  
 Eamq; ob causam communiter fœneratores, utpote labores mor-  
 talium depascentes, Harpyias olim vocare solebant. Hinc &  
 testamenti factio ipsis ademta, c. quanquam. 2. in fi. de usur. in 6. Hinc &  
 Imp. ipsis infamiz notam imprimunt, l. improbatum, 20. C. ex quib.  
 cau. inf. irrog. Quare cum & divina & humana jura tanto odio usur-  
 rarios infectentur, quid n̄ justissimè illos sepulturâ honestâ pri-  
 vari censemus, donec de usuris vel plenarie fuerit satisfactum,  
 vel idoneè de restitutione facienda sit cautum d. c. quanquam. 2.

g) Similes usuratijs manifestis, imò ferè improbiores adhuc  
 sunt ij, quos nostrum seculum annis superioribus protulit, nefarij isti argyrogomones sive æruscatores, vulgo Kipperi dicti, ab  
 harpyis ac furibus nihil planè, nisi nudo nomine distantes: Ipsa  
 enim experientia, proh dolor! abundè satis edocuit, plus no-  
 cuisse horum improbitatem Germaniz, quam vel extrema un-  
 quam usuraria pravitas, vel etiam furum dolus obfuit. Merito  
 itaq; & hi sepulturæ honore carere debent, uti rectè concludit  
*Theologica Facultas Jenens.* in ihren *Vedendien von dem hochstrafftichen*  
*Münzgesetzen/ anno 1621. Mensc Sept.* uti per rationes egregias integrè  
 refertur à *Dedekeno Thesaur. consil.* & *decis.* vol. 2. sect. 9. de monet. adulti.  
 c. 7. circa si. fol. 251. ibi. Bleiben sie (die Kipper Wipper) vnbuffertig  
 bis an ihr Ende/ müssen sie heriach ohne Ceremonien begraben/ vnd also  
 vor Tode abgestorbene Gläder der Christlichen Gemein gehalten wert-  
 den. Tandem sepultura honestâ quoq; affici prohibentur Blaphe-  
 mi, c. statutum. 2. extr. de maledic. Raptore, c. super eo. 2. extr. de raptor.  
 Et alij qui vel scipios interficiunt, vel pro sceleribus suis puniun-  
 tur c. placuit. 12. 23. q.s. De quibus tamen infra specialius agetur.

XIV. Hostes verò sepulturā honestā privandi non sunt.

Ratio (1.) quia in sacris literis sepulturæ officium pro opere misericordia reputatur. Vid. supr. concl. i. lit. a. Id vero omnibus, etiam hosti debetur arg. iex. Exod. 23. v. 4. Matt 5. v. 43. & seqq. Prov. Salom. 25. v. 20. (2.) Quia David auditâ morte Saulis, hostis sive viros Jabel in Gilead, qui eum & filios sepulturæ tradiderant 1. Sam. c. 31. v. 11. 12. 13. summis laudibus prosecutus est 2. Sam. 2. v. 4. 5. 6. (3.) quia sepultura juris gentium est ag. l. 1. §. interdictum. 6. D. de morti. infer. Cujus participes quoq; sunt hostes. Omnibus verò gentibus maximum semper dedecus visum fuit, corpora inseputa jacere. Quocirca (4.) laudi etiam datum fuit Hercul, illi monstorum domitori, quod primus permisit cadavera hostium sepeliri. Elian. 12. var. histor. Et (5.) Magnam pietatis & humanitatis laudem à Romanis alijsq; populis sibi conciliavit Hannibal, quando Tib. Graccho, Romanor. duci justa honorificè fecit: itemq; Pauli Ämilij & M. Marcelli exuvijs sepulturæ honorem exhibuit Plutarch. Inde quoq; (6.) Muretus 3. var lect. c. 10. mirificè commendat Græcorum humanitatem, qui licet Xerxes Persa libertati ipsorum insidiaretur, in pugnam tamen abituri juramento sese omnes adstrinxerunt hoc modo: vitam libertate pluri non faciam, neq; deseram imperatores, neq; viros neq; mortuos, sed eos ē socijs, qui in prælio occubuerint, omnes sepeliam, & ubi bello extitero vîtor, etiam Barbaros. Humaniati nempè tribuendum putarunt, quod homini non deberi videbatur, ut ait Alb. Gent. lib. 2. de jur. bell. c. 23. Alia exempla recenset Camerari, hor. subcif. cap. 64. cent. 2. & cent. 3. cap. fin. Tacenda est (7.) summa utilitas, ne putrefactione aëris sequatur corruptio, unde ipsi vîtoribus ab ejusmodi invidia sua magnum imminet periculum.

XV. Sed avōxieges numinē hi ad sepulturam honestam dandi?

Avōxieges, ut hoc præmittamus, Jure Civili sub distinctione explicanda est: Aut enim quis interficit se, ut mori magis quam damnari malit ob conscientiam criminis & poenam imminentem: aut ut potissimum majus malum evitet. Priori casu avōxieges per-

permitta non est, tex. in l. 2. vers. quod si futura pœna metu. C. qui test. fac.  
 pos. l. qui rei. 3. pr. D. de bon. eor. qui ant. sent. l. 1. in pr. l. 2. ib. nec ob me-  
 tum criminis C. d. t. l. si quis. 6. §. ejus qui. 7. vers. nam eorum, qui mori. D. de  
 injus. rupt. irr. l. 1. §. si quis non metu. 23. D. de SC. Silan. l. 2. C. ub. cauf.  
 fisc. l. liberorum. 11. §. non solent. 3. ib. sed mala conscientia. D. de his qui not.  
 inf. Ideoq; nec ~~avtobx~~ hæredem habet, sed bona ejus fisco infe-  
 runtur, d. l. 3. D. de bon. eor. qui ant. sent. &c. Ratio est, ne Jus Civile  
 indulget delinqüentium nequitia, vel approbet eorum malos  
 mores flagitium vè aliquod admissum. Posteriore verò casu lie-  
 ta est ~~avtobx~~, puta si quis interficiat se (1.) tædio vitæ d. l. 3. §. se  
 quis autem. 4. D. de bon. eor. d. l. 6. §. 7. vers. quod si quis tædio. D. de injus.  
 rupt. &c. d. l. 11. §. 3. ib. non tædio vitæ. D. de his qui not. inf. (1.) valer-  
 dinis adversæ impatiens, d. l. 3. §. 4. ibi. vel impatientia. d. l. 6. §. 7.  
 vers. quod si quis. ib. vel valerudinis. d. l. 1. §. 23. D. de SC. Silan. l. in fraudem.  
 45. §. ejus bona. 2. D. de jur. fisc. (3.) dolore corporis l. bovem 43. §.  
 mortu. 4. D. de adil. edit. l. ejus militis. 34. D. de iesta. milit. l. 2. ib. impa-  
 tiens doloris. C. qui test. fac. pos. (4.) pudore æris alieni d. l. 45. §. 2. D.  
 de jur. fisc. l. omne. 6. §. quis se. 7. D. de re milit. (5.) luctu l. si quis. 38. §.  
 fi. D. de pen. (6.) vel ex alia causâ d. l. 3. §. 4. ib. vel alio modo. D. de bon.  
 eor. d. l. 38. §. fin. ib. vel alia causa. D. de pen. puta jactatione d. l. 6. §. 7.  
 vers. quod si quis. ibi. vel jactatione, ut quidam Philosophi. D. de injus. rupt.  
 Ratio est, quia ~~avtobx~~ tunc liberandi se saltem causa à majori  
 malo, se interficit, dolorem corporis non sustinendo, l. bo-  
 vem. 43. §. mortu. 4. D. de adil. edit. Exempla in hisce casibus va-  
 ria sunt obvia. Sic enim Cato, qui Cæsar's victoriā ferre  
 non poterat, se interemit: Brutus manu suā hostem effugit:  
 Demosthenes eo fine semper venenum secum habebat: Lucre-  
 tia stupri ignominiam impatiens ferens, violentas sibi ma-  
 nus intulit. Cleombrotus, lectō Platonis librō, ubi de animæ  
 immortalitate disputat, se præcipitem muro dedisse scribitur,  
 atque ex hac vitâ migrasse ad eam, quam creditit meliorem.  
 Nobis Christianis in hac re aliter statuendum: nempe ~~avtobx~~  
 licitam non esse. Ratio (1.) est, quia pugnat cum lege naturæ,  
 quæ ad sui conservationem potius, quam destructionem inten-  
 dit. (2.) pugnat cum lege Divina: Non occides Exod. 20. vers. 13.

Hoc

Hoc est, ne scilicet te neq; alium occidas, ad Ephes. 5. v. 29. Rom. 14.  
v. 7. 8. Quod & Cic. in Somn. Scip. animadvertis, scribens. nisi Deus is,  
cuius hoc templum est omne, quod conspicis, isti te corporia custodijs liberaverit,  
buc tibi ad tuus patere non potest. (3) pugnat cum præceptis Ethicis;  
violat enim fortitudinis officium. unde Aristot. & Eurip. eos non  
fortes, sed ignavos, parvi & abjecti animi habendos pronunciant.  
Muret. 4. vni. lect. 2. (4) pugnat cum præceptis Politicis, quia à utb-  
xie Remp. aliquo civi privat ac spoliat. (5) pugnat cum saniore  
juris Civilis ratione, quæ est, quod omne homicidium voluntaria  
rum sit punibile, l. 1. §. & qui hominem. 2. D. ad L. Corn. de sic. nisi fiat  
defensionis gratia l. 3. ib. quia defensor. C. d. r.

Ut igitur nunc ad sepulturam perveniamus: censemus tres  
Classes constituendas esse: In prima ponimus eos, qui sine animo  
fraudulento, ex furore potius, melancholia, vel alia animi impo-  
tentia sibi mortem inferunt, ut mentis lumine obcaecati ipsi a cito-  
nes suas non intelligent: Et hi sanè, quia de ipsorum reprobatio-  
ne nihil certi confit ex SS. literis, nostrum non est, eos ex Ecclesiæ  
cœtu exterminare, qui potius commiseratione digni sunt: Hu-  
manius itaq; facere illos putamus, qui istorum corpora honestâ  
sepulturâ afficiunt: Inde & nullâ pœnâ digni censemur in Conf.  
Carol. Crim. art. 135. vers. two sich aber. Quod potissimum & eò ma-  
gis procedit, si vita antea bene & piè transactæ bonum habeant  
testimonium. Ad Classem secundam referimus eos, qui nimia ha-  
bendi libidine flagrantes ac spefôrtè aliqua lucri frustrati, vel pu-  
dore xris alieni, ne forsan decoctores & deceptores audire cogan-  
tur, vitam sibi laqueo, ferro, aqua vel quo alio modo finiunt.  
Quamvis autem de ipsorum, præsertim obæratorum salute sive  
damnatione animarum judicium nobis non sumamus Dn. Theo-  
logis id relinquentes: Interea videatur Dav. Chytraus lib. de vita &  
mor. p. 76. & Gerh. loc. theol. t. 8. c. 2. n. 37. f. 58. ubi concludunt, quod  
nec debeamus nec possimus de omnibus, qui violentas manus si-  
bi attrulerunt, quod pariter damnati sint, certò judicare; Siquidem Deus O. M. etiam horum hominum suspiria extrema exau-  
dire potest: Quia tamen animus occidendi ijs non deest, non  
immetitò cum JCtis caninâ sepulturâ, ut alij exemplo tam tristi  
deterreantur, ijsq; horror iniiciatur, arg. l. capitalium. 28. §. famosos.

11. D,

15. D. de pén. l. 31. D. depos. afficiendi, atq; per fenestras dejecti, vel sub domus limine extracti, in loco supplicij famoso humandi sunt. Idq; moribus observari testatur Heig. p. 1. q. 36. n. 64. & q. 37. n. 32. 33. Besol. in consid. pol. vit. & mort. l. 3. c. 1. n. 2. f. 99. ubi ait, quando ita à carnifice extrahuntur, quod tūm proijiciantur magis, quam sepeliantur. Bona tamen hæredibus non auferuntur, d. Conf. Carol. c. 135. vers. Auch in Fällen/ da er sein Leib verwircket / etc. In tertia deniq; Classe collocamus eos, qui flagitijs alicujus conscientiā, aut peccati metu territi, crimen voluntaria morte luere, atq; se se animadversione magistratus eximere conantur. Et his quidem recte sepultura honesta denegatur d. c. placuit. 23. q. 5. & bona fisco cedunt l. qui rei. 3. pr. & f. ergo. 3. D. de bon. eor. qui ant. sent. Consentit Conf. Crim. Carol. c. 135. pr. si scil. peccata ordinaria bona simul aufert. Existimat tamen Elb. Leoninus in proceſſ. crim. ad tit. C. de bon. eor. qui ant. sent. quod ex quacunq; causa quis se interficerit, sive tædio vita, sive ex impatientia doloris, sive metu criminis, sive alia ratione; corpus in sterquilinio cum canibus communem sepulturam habere debet.

XVI. Sepulturā omnino privantur moribus nostris: puta fures, qui ad patibulum, & raptore, qui ad rotam damnantur; aut qui in partes dissecantur, avibusq; dilaniandi exponi solent. Quæ consuetudo an approbanda sit, & juris rationi conveniat, acriter controvertunt DD. Nobis affirmativa arridet.

(1.) arg. tex. in l. capitalium. 28. §. famosor. 15. D. de pén. ubi duplex ratio redditur: primum, ut hoc conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus, quod Reip. utile est: deinde, ut hoc supplicij genus solarium sit ijs, quibus vel furto vel rapina aliquid ademtum est. Accedit gl. in Weichbild art. 36. inquiens: Man begrebet die Ostebe selten/ darumb daß man andere damit erschreckt. (2.) quia hic mos simpliciter in lege aliqua non improbatur: Quin imò si petentibus tantum licet sepelire l. 1. & l. fin. D. de cadav. punit: utiq; permisso principis præcedere debet. Et per conseq. integrum semper est principi, pro ratione & frequentiā facinoris vel precibus cedere, vel eas reiçere. (3.) quia & sacra litera adstipulantur

lantur. Sic enim factum Pharaonis non improbatum, pistorem suum suspendi jubentis atq; ibidem avibus devorandum, quod innuit vaticinium Josephi, relinquenter, Genes. c. 40. à vers. 16. Sic & Gabaonitæ crucifixerunt posteros Saulis, & quidem coram Domino, h. e. in conspectu Dei justi judicis, qui hoc supplicio ultus est injüstam Saulis crudelitatem, 2 Sam. 21. v. 9. Sic & impii atq; ingrati liberi digni judicantur, ut ipsis oculi effodiuntur à Corvis, Prov. Salom. c. 30. v. 17. Hoc autem ijs maximè accidit, qui prædicti supplicij genere afficiuntur. Et eò referri potest tex. Isa. c. 14. v. 20. ubi appetat maledictionis speciem esse, carere sepulturā. Ideo & Deus minatur impiis hanc sepulturam asini, Ierem. c. 22. c. 19. Notandum tamen, quod nihilominus cognatis, vel alijs, potentibus à Magistratu l. 1. & 2. D. de cadav. puni, corpora damnatorum ad sepulturam danda sint. Ratio (1.) est, quia id non modò jus humanum ex humanitate & pietate docet, l. 1. & l. corpora. 3. D. de cadav. pun. Sed & (2.) Legi Divinæ id consentaneum est. Generale enim & antiquissimum extat Dei decretum: Terra es & in terram reverteris Gen. c. 3. v. 19. Specialis item sanctio, quia Deus post solis occasum suspensos cruce rolli & sepeliri præcepit Deut. 21. v. 23. Et ita David ossa filiorum Saulis cruci affixos colligere & sepulturæ tradere jubet, 2. Sam. 21. v. 12. 13. 14.

XVII. An infantuli vel mortui nati vel subito antequam sacris initiari potuerunt, denati, sepulturæ Ecclesiastica honestandi? A.

Ratio (1) Quia privatio sepulturæ poena est: nichil autem infantulii isti poena ejusmodi dignum meriti sunt. (2.) quia de salute eorum non est dubitandum: sunt enim membra Ecclesiae; offeruntur siquidem Deo per preces parentum & Ecclesiae, quae non solum gravidas & parturientes; sed etiam lactantes Deo commendat. Hinc Gen. 17. v. 7. Deus promisit, se fore seminius nostri Deum, sub qua voce, seminis, & infantes nondum in lucem editos contineri, non dubitamus. Hinc & Christus parvulis regnum coelorum pollicetur Mat. 10. v. 14. Inde & David 2. Sam. 12. v. 13. asserte ad filiolum suum, qui mortuus erat die septimæ ante circumcisionem d. c. 12. v. 18. utiq; non in sede damnationis sed beati-

**beatitudinis venturum esse.** Quamvis alij h̄c computationem non à die nativitatis, sed ab eo tempore instituant, quo Nathan Davidem ob adulterium & homicidium objurgaverat, uti refert Dn. D. Gerh. loc. theol. t. 4. de Baptismo. c. 7. sed. 7. n. 239. f. 866. Et quis (3.) damnabit Hebr̄orum masculos infantes, qui iussu Pharaonis, regis Agypti in profluentem projecti Exod. c. 1. v. 22. parvulos Bethlehemiticos, qui ab Herode trucidati Matt. 2. v. 16. Israëliticos, qui tempore Antiochi interfecti 1. Mat. 1. v. 51. & 64. omnesq; illos, qui in deserto mortui sunt 70. 6. v. 5. nec non illos, qui in veteri testamento antē octavum diem non circumcisiti, defuncti sunt. Non enim est voluntas patris cœlestis, ut pereat unus de parvulis istis, Matt. 18. v. 14. Quare infantes hi, non tantum in cœmiterio, sed & ceremonijs Christianis pro more cuiusq; loci recte sepeliuntur, ut & sepulturam hanc Sereniss. Elector Saxon. Augustus. in Conf. Eccles. in artic. general. c. 15. fol 335. vers. vnd aber der Christen Seligkeit nicht an die H. Evangelie gebunden wann &c. expresse mandat.

XIX. Porrò cūm hodiernis moribus publica ubi vis loca sepulturæ destinentur: Quæstio h̄c occurrit haud satis expedita: Quænam potius loca seligenda; & an extrā, an intrā civitatis mœnia ista determinari satius sit? Nos loca minus frugifera a) & quidem extrā urbem potius seligenda statuimus. b)

a) Nam teste Cic. 2. dell. Lege 12 tabb. cætum fuit, eam terram sepulturis tribui debere, quæ corpora mortuorum sine detrimen-  
to vivorum recipiat, h. e. terram sterilem: Quæ verò fruges ferre, & ut mater cibos suppeditare possit, eam nec vivum nec mortuum minuere æquum esse. Idq; negligendum non esse, in primis salus atq; utilitas Reip, cuiuslibet urget.

b) Ratio (1.) olim fuit, quia sepulchra fuerunt tantum pri-  
vata §. religiosum. 9. I. de R. D. l. instantum. 6. §. religiosum. 4. D. de R. D.  
ideo prohibita fuit sepultura in Urbe, ne locus publicus privata  
religione obligaretur, aut sanctum municipiorum jus pollueret-  
ur, l. mortuorum. 12. C. h. t. nevè Sacra civitatis funestarentur, ut  
ait Paul. 1. Sent. tit. 21. §. 1. & Erod. rer. judicat. l. 3. t. ult. c. 1. Cujus

Cap. 4. De  
Loco, &  
Tempore  
Sepulta-

rei

D 2

rei adeò tenaces fuerunt magistratus municipales, ut M. Marcellus  
Athenis à Magio Chilone interfec̄to, Servius Sulpit. qui Achaia &  
reliquis regionibus vicinis cum imperio præcerat, impetrare ab A-  
theniensibus non potuerit, ut monumentum, quo corpus ejus in-  
ferretur, in Civitate constitui paterentur Gilken ad l. lex. nemo. 2. n. 1.  
C. de SS. Ecl. Inde factum est, ut lares & Diū domestici superstitione  
quadam colerentur, Alex. ab Alex. lib. 3. c. 2. Est verò & hodiè ra-  
tio (2.) quia Salus publica suprema lex est, arg. l. lex Corn. 5. §. fi. in  
fi. D. de injur. Quis verò est adeò sensus communis expers, qui non  
intelligat, vere præsertim in eunte, ex putrefactum corporum  
conditoris vapores excitari & erumpere, unde pestilens contagio  
in derriermatum salutis publicæ facile exoriri posse, arg. l. i. §. cu-  
rabit. 2. D. de cloa. Etsi verò mortuorum quoad sepulturam ma-  
gnus favor sit, tantus tamen esse nequit, ut vincat utilitatem &  
incolumitatem civium, sed ita respiciendi sunt mortui, ne vivis  
noceant Cic. 2. de ll. (3.) quia non minus Reip. interest, diligenter  
præcaveri, ne tandem frequentia & multitudine sepulchrorum  
id efficiatur, ut civitas magis à mortuis, quam à vivis incoli videa-  
tur Besol. in cons. pol. vii. & mort. lib. 3. c. 2. (2.) quia hac ratione ad-  
monentur Christiani, defunctos exivisse è mundo, & hanc civita-  
tem reliquisse, & cives in celis factos esse, VVarem. ab Erenb. lib. 2. de  
sæder. c. i. n. no. (5.) quia hoc ipsum Romanis quoq; placuisse testa-  
tur satis aperte lex illa ex 12. rabb. de Sepultura: *Hominem mortuum*  
*in urbe ne sepelito, nevè urito.* Rittersh. ad LL. 12. tabb. cl. 1. c. 3. Ratio redi-  
ditur à Cic. 2. de ll. in fi. quod hoc factum vel propter ignem vel pe-  
riculum. Interdum tamen specialiter ijs, in quibus singulariter  
virtutis eximia species apparuerat, quiq; de Rep. optimè meriti  
erant, tumulum in urbe, & quidem universo populo suffragante,  
honoris gratia concederunt. Testantur exequiæ Publicole, Tuberti,  
Fabriciorum, Julij Cesaris, Imp. Hadriani & aliorum, quibus singulariter  
sepulcræ urbicae honor decretus fuit. Ratio permissionis spe-  
cialis inter mœnia & in foro fuit forsitan hæc, ut adolescentes con-  
tinuò præstantis vitorum egregia facta intuentes, ad eos imitan-  
dum accenderentur; quod & Lycurgus Spartanorum legislator o-  
lim præcepit. (6.) Confirmarunt postea hanc legem & Impera-  
tores Hadrianus l. prætor ait. 3. §. Divus. 5. D. de sep. viol. ubi pœnam 40.  
aureo-

aureorum addidit: *Diocletianus & Maximianus l. mortuorum. 12. C.b.t.*  
 (7.) Idem institutum apud Judaicum populum viguisse, ex aliquo veteris & novi testamenti locis colligere est: Abraham speluncam agri ad sepulturam emit *Gen. 23. v. 20.* Rachel sepelitur in via versus Ephratam *Gen. 35. v. 19.* Joseph in agro Sichem *Jos. c. 24. v. 32.* Salvator noster sepulchrum habuit excisum in petra *Matth. 27. v. 60.* ante portam *v. 32.* *Joh. 19. v. 17. & 41.* ubi & sepultus est Lazarus. *Joh. 11. v. 31.* Itemq; adolefcens Nainus *Lue. 7. v. 12.* Dif. à nostra conclus. Imp. Leo in Nov. 53. per rationes ibi positas. Sed uti ipsæ Novellæ apud nos non sunt authenticae *Cujac. 17. obs. 31.* Rauchbar. p. 1. q. 11. n. 20. Gadd. de contr. sfp. c. 6. cond. 7. n. 74. Ita & rationes magni momenti non sunt. Illud negari nequit, Majores olim nostros dignitatis causa voluisse, ut corpora Martyrum in primis, primum sepelirentur, non quidem in Ecclesia; (*ex ratione hac, quod in eo loco, ubi divina quotidie celebrantur officia, Deus nō colitur, humana adesse cadavera turpe sit, ut placet Asin. ad l. 2. §. in locum alterius. n. 72. D. b. 1.*) sed in atrio, aut porticu, aut in exedris Ecclesiæ, c. praincipium. 15. 13. q. 2. ex ratione istâ, ut quotidiano conspectu hujusmodi monumentorum mortalitatis admonerentur posteri, *Gilk. ad l. lex nemo. 2. n. 2. C. de SS. Eccles.* Quæ consideratio postea effecit, ut in Papatu crescente superstitione sub Gregorio Magno etiam in ipsis Ecclesijs & monasterijs sepeliri homines cuperint c. cum gravia. 17. 13. q. 2. Ratio redditur à Gregorio ibidem, quod hoc pro fit mortuis, ita enim proximi defunctorum, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum sepulchia afficiunt, recordantur, & pro eis domino preces fundant. Ratio inepta: tales enim preces sunt inutiles, imò impia. Pius enim in celo est, *Lue. 16. v. 22.* impius in inferno d. c. 16. v. 23. Et magnum chasma inter pios & impios firmatum est: qui enim volunt ex inferno transire ad beatos, non possunt; & qui portas inferni ingressus est, nunquam ex eo eluctabitur; nec per portam vitæ ingredietur, quia clausa est janua *Matth. 25. v. 10.* Ratio alia allegatur in c. non estimemus. 19. d. i. auf. 13. q. 2. in si. quod quisq; apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tantum mihi videatur prodeſſe defuncto, ut Commendans eum, etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur. Aliam addit de suo Asinus d. l. n. 77. & 78. quod minus eo in loco mortui sepulti à spiritibus vexentur immundis, & ideo in cœmiterijs dicatur esse requies

defunctorum c. aurum. 70. 12. q. 2. **Huius Pontificij:** Putat vero Dn. Gerh.  
loc. theol. tom. 3. c. 7. n. 88. Rationem hanc subesse, quod Pontificij ex  
vigilijs, missis & anniversarijs eò facilius sacra & quæcum facere  
potuerint. Hodiè, si absit supersticio, cuiusq; regionis consue-  
tudo hac in re servari potest: pro qua nec sacra defunt exempla.  
Rex David sepultus est in Civitate 1. Reg. 2. v. 10. Act. c. 2. v. 29. Rex  
Iudas 2. Chron. 24. v. 16. Samuel sepelitur in domo sua 1. Sam. c. 25. v. 1.  
Quod & cum in hac urbe, tunc alibi videmus nonnullis honoris  
& privilegij causa concedi, ut in urbe ac templis ibi extractis hu-  
mentur.

**XIX.** Liberam loci cuiuslibet electionem cuiq; com-  
petere, indistincte affirmari nequit.

Nam (1.) cum hodiè Cœmiteria certa authoritate publicâ  
sint constituta, licitum quidem est, in alterius parochiæ cœmitem-  
rio sepulcrum eligere, c. 1. c. fraternitatem. 3. c. de his. 4. c. in nostra. 10.  
extr. b. t. non tamen in loco plane non-religioso, & extrâ cœmitem-  
rium aliquod d. c. fraternitatem: quanquam hoc per Constitutionem  
Bonifacij 8. vel mutatum videatur in c. cum quis. 2. §. si quis. b. t.  
in 6. vel non male sic interpretaberis, si consensus superioris acce-  
dat: cum enim hodiè sepulcræ jus publici juris sit, id sibi priva-  
tus vindicare nequit. Sic nec (2.) eligere quis potest locum alienum,  
qui privato alicui pro certo pretio est assignatus, ejusq; hæ-  
redibus, vulgo in etiis andern Schwiebbogen zu begraben/ prohibi-  
tum enim (1.) est de jure Civili, in locum alterius in vita domino  
mortuum inferri, l. locum. 2. §. 1. I' n' qui. 7. D. b. t. Estq; ratio (3.)  
ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur, l. nov. debet. 7. 4. de  
R. I. Contrarium quidam astruere conantur ex c. 1. de sepult. ib. &  
alienam. De quo in disersu videbimus.

**XX.** Valde controvertitur: An in loco communi pu-  
ro h. e. non religioso, a) etiam invito socio socius defun-  
ctus sepeliri possit? Aff. b)

a) In commune enim sepulcrum invitis socijs mortuum so-  
cium inferri posse, minus est dubij, per l. in tantum. 6. §. religiosum. 4.  
vers. in commune autem sepulcrum. D. de R. D. Ratio est, quia locus ille  
communis jam antea est religiosus E. eò magis jure suo utitur.

b) (1.)

b) (1.) Per tex. in l. si plures. 41. vers. nam ex ipsis Dominis. D. h. t. ubi  
 Callistratus exp̄l̄sē de ipsis socijs loquitur, quod quilibet recte  
 ibi sepeliri possit, etiam sine ceterorum sociorum consensu. Et ad. l. si plures.  
 dit; Maxime, cūm alijs non sit locus, in quo sepeliantur: quasi diceret, non 41. D. h. t.  
 tantum, & quidem in primis in casu necessitatis, sed & extrā eum.  
 (2.) Ratio est, quia, quemadmodum alijs non est infrequens &  
 novum in jure, ut invitus socius partem suam, quam habet in re  
 communi, facto socij amittere cogatur, scil. cum specialis aliquis  
 favor hoc suaderet: sic enim etiam libertatis favore domino ius suū  
 aufertur, l. 2. C. de comm. serv. man. §. fi. I. de dona. Itemq; favore fisci l. 2.  
 C. de comm. ter. alien. Ita & hic id ipsum exigit specialis favor religio-  
 nis, cuius summa semper ratio, l. sum personæ. 43. D. h. t. l. 1. §. inter-  
 dictum. 6. D. de mort. infer. & utilitas Reip. cuius interest, mortuos se-  
 peliri d. l. 43. (3.) quia juvat socium causa proprietatis: socius e-  
 nim defunctus nihil minus juris habet in re communi, quam re-  
 liqui socij. Habet itaq; & jus sepulturæ, quod naturaliter à  
 causâ proprietatis dependet, & domino competit l. scriptus 4. D. h. t.  
 Nec habet (4.) socius, quod conqueratur, cām damnum, seu loci  
 pretium, consequi posset iudicio communi dividendo, l. 3. D. comm.  
 div. Hodie in singulis ferē parochijs cœmeteria sunt constituta, in  
 quæ quilibet mortuos suos inferre liberè potest. Dis. Befold. in dis-  
 fert. Iurid. pol. de tute & div. pers. c. 5. n. 6. Rumelin. ad τὰ πεῖτα disp. 3. th.  
 6. Rittersh. ad §. religios. 9. I. de R. D. fol. 146. ubi & Harppr. n. 8. 9. Eorū.  
 in tr. de domin. c. 7. n. 7.

XXI. Quid de loco legato? estnē hæredi facultas con-  
 cessa, ut unum ex pluribus prædijs legatis ad sepulturam te-  
 statoris feligat? A. Si modò in alium locum non tam opor-  
 tunè inferri possit.

(1.) Per textus in l. scriptus. 4. in fin. & l. si plura. 46. in fin. pr. D. h. t.  
 (2.) Ratio est à parte testatoris, quia is in suo potius loco sepeliri  
 voluit, quam alieno; siquidem naturaliter ei in suis prædijs lo-  
 cus sepulturæ debetur, d. l. 4. vers. naturaliter. adeoque tacite  
 legatum illud quoad sepulturam revocasse censetur, arg. l. & §.  
 14. §. 1. vers. satiu. D. h. t. (3.) Ratio à parte legatarij est,  
 quia

quia legatarius locum illum à testatore ex merâ liberalitate consecutus est; quarè etiam æquum videtur, ut hæredi eligenti illationem permittrat. (4) quia quamvis legatarius hac ratione oneretur; loci tamen istius pretium consequi potest ab hærede actione utili d. l. 46. fin. arg. l. Maius. 66. S. in fundo. 4. D. de leg. 2. Pretij hujus ratio est, quia testator voluit legatarium integrum fundum habere, dum igitur ejus ususfructus per electionem minutus est, æquum est, hæredem resarcire id, quod ipsius factio rei legata deest, arg. l. hujusmodi. 84. §. ades. 4. D. de leg. 1. l. etiam. 27. D. de solus. 1. si imaginem. 12. D. auro & arg. leg.

XXII. An autem renitentibus Dominis, fundi vel agri ad cœmiteria extruenda auferri possint? A. Si solvatur justum pretium.

Ratio est, quia licet non tantum inferior magistratus; sed ne princeps quidem ex plenitudine potestatis privatis bona pro lu-  
bitu auferre queat: Est enim hoc contrâ Jus Divinum, quo  
constitutus est Princeps ad faciendam Justitiam, 1. Reg 10. v. 9. Cujus  
proprium, alienum non astringere Ezech. 45. v. 8. imò, ad ipsos  
principes mandatum hoc manifestè proponit Ezech. c. 46. v. 18. Sic  
Elias mittitur ad Achabum, ob ereptam Nabotho vineam suam,  
cum hoc mandato, occidisti & insuper occupasti. E &c. 1. Reg.  
21. v. 19. can. conyenior 21. vers. Naboth. 23. q. 8. Est & contra jus Na-  
turalis: quia jure Naturæ æquum est, ne quis cum alterius damno  
fiat locupletior l. jure naturæ. 206. de R. I. l. nam hoc natura. 14. D. de cond.  
indeb. Et reg. hæc: Quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non  
potest l. id quod n. strum. 11. de R. I. ex naturali ratione suum robur ha-  
bet, & proindè in principe quoq; obtinet, qui naturali rationi pa-  
rere cogitur. Est quoq; contra jus gent. Et enim dominia re-  
rum introducta sunt l. ex hoc jure. 5. D. de J. & J. Nec non contrâ  
Jus Civile: quia quæ civiliter injusta sunt, ea nec principem fa-  
cere oportet, arg. l. digna vox. 4. C. de ll. l. causas. 16. C. de transact. Cu-  
pit namq; fons & caput juris & æqui audire, l. i. C. de ll. l. 1. D. de  
conf. princ.

Ex causa tamen publicæ utilitatis secus est: Ratio est, quia  
publi-

publica utilitas ubiq; præfertur privatæ l. utilitas. 3. C. de primis l. 2.  
 §. Caſtius. 2. D. de aq. & aqua pl. arc. l. 14. C. de op. publ. l. lex Cornelias. §. fi.  
 in fi. D. de injur. Eo verò caſu nihilominus iustum pretium refun-  
 dendum est, iex in l. vendor. 13. §. 1. D. comm. pred. ubi lapides ne qui-  
 dem publico nomine, h.e. ex caſa publicæ utilitatis, in alieno cadi poſſunt,  
 niſi ſolū ſolarium, h.e. honeſtum pretium, pro hoc domino præſteur.  
 l. ferri. 2. ib. uſe eorum domini pretium à fisco perciptant. C. pro quib. cau. ferri.  
 Ratio eſt, quia licet privatum commodum cedere debeat publi-  
 cæ utilitati, atcamen quatenus utrumq; ſimul ſubſiſtere poſteſt,  
 eatenus utrumq; ſimul luſtinentum eſt. Hic verò ſufficit, in eo  
 privatum juſ a publico vinci, quod privato ex caſa publicæ utili-  
 tatis reſ ſua adimi poſſit: eatenus verò privatum juſ unā cum  
 publico conſervari poſteſt, ut ſc. privato pro re ipſi adimenda, pre-  
 tium refundatur. Atq; hæc reſtè etiam accommodantur ad loca  
 religioſa & ſepulturam, arg. l. ſi quis ſepulchrum. 12. ib. ſed extra ordinem  
 interpelletur, praes etiam compellere debet, iuſto preio iter ei praefari. D. h. t.  
 Ratio eadem, quia & hic vertitur ſalus & utilitas publica, l. ſunt  
 perſona. 43. ib. nam propter publ. utilitatem. D. h. t. Religioniſq; favor l. 1.  
 §. interditum. 6. D. de mort. inſer.

XXIII. Quid ſi locus in quadam parochia electus ſit,  
 atq; ſub hac conditione, ſi nimirūm corpus testatoris reci-  
 piatur, Eccleſia relictum legatum: Poſteā verò ex facto te-  
 statoris impedimentum iustum obſtet, quò minùs ibi cor-  
 pus testatoris recipi queat, nūm legatum concidet? N. &  
 legatum nihilominus ab Eccleſia reſtè peti, ſtatuumus.

(1.) arg. text. in l. legatum. 16. & l. quidam. 17. D. de uſu & uſuſt leg.  
 juncta l. legatum. 4. verſ. ſed municipio. D. de adminiſtr. rer. ad civ. pertin. ubi  
 pecunia legata ad ſpectacula, jamdudum tanquam illicita aboluta, in ſimiles vel  
 magis neceſſarios uſus convertitur, nec lucro heredis cedit. Sicut ergo ad u-  
 ſum publicum a testatore destinata in rem heredis converti non  
 poſſunt; ſic ex eadem ratione idem videtur ſtatuentum in lega-  
 tis pijs: Non minor enim Religionis, quam Reip. favor eſt. (2.)  
 quia quod ſemel uſibus diuinis dicatum eſt, non debet in uſum  
 profanum converti, arg. c. qua ſemel. 4. 19. q. 3. ſiquidem ejusmodi  
 reſ nullius in bonis ſunt. §. nullius. 7. J. de R. D. Quare hic quilibet

E

ani-

animadvertisat, ne sibi accidat, quod videtur accidere Aquilæ, quæ ex sacrificio partem assæ carnis rapiens, prunam simul abripit, qua in nidum delata pulli cum nido conflagrant. Cujusmodi exemplum videmus in Rege Balthasar Dan. 5. qui ob profanationem vasorum sacrorum amisit etiam regnum suum. (3.) quia ipsius testatoris interest, memoriam sui contervare d. l. legatum. 16. in pr. (4.) quia in potestativa conditione, si per legatarium non stat, quod minus conditio impleatur, sed vel casu, vel facto alterius impeditur satisfacere voluntati testatoris; tunc conditio habetur pro impleta, l. que sub conditione. 8. § mortuo. 7. in fi. D. de cond. inst. l. Tittius. 14. D. de cond. & demonfr. l. turpia. 54. §. 1. D. de leg. 1. quippe non videtur defectus conditione, qui parere ei non potest d. l. 8. §. 7. Id quod multò magis in Ecclesiâ, vel alijs pijs locis affirmandum, quorum ubiq. major favor est. Quin imo (5.) cùm turpis vel impossibilis facta sit conditio, & quidem facto ipsius testatoris, tanto magis pro noui scripta habenda, arg. §. sed si rem. 10. l. de' ega. Quando enim propter ipsius factum justè denegatur sepultura, contra interdictum Ecclesia eum honestè recipere nequit arg. conditiones. 9. l. filius. 15. D. de condit. inst.

XXIV. An Spectra & Dæmones reverâ circa sepulchra versantur? A. etiam circâ sepulchra piorum.

Ratio est: quia quamvis duo tantum sint hominum genera, boni & mali; & duo tantum loca, in quæ nimis, ex corporibus difcedentes, demigrent: Cœlum nempe & infernum Luca 16. v. 23. 26. Sapiens. c. 3. v. 1. Ps. 55. v. 16. ibi vita æterna Matth. 19. v. 16. c. 25. v. 34. 1. Ioh. 1. v. 2. Luo. 18. v. 30. hinc æternus ignis Matt. 3. v. 12. & c. 25. v. 46. Luc. 3. v. 17. Marc. 9. v. 46. 47. ut adeò in terris animas hominum divagari absurdum, illudq; Ovidij erroneum sit:

Terra tegit carnem, tumulum circumvolat umbra,

Orcus habet manes, Spiritus astrapet.

Veruntamen diabolus sapientissime, vel species, vel larvas defunctorum amicorum vivis obvias esfigit, ut ijs religionem aliquam superstitiosam incutiat. Ea enim est simplicitas hominum, ut, quod. Livius ait, moris in religionem semel animis, multa temere credant: vel etiam exhalationibus ex putridis corporibus erumpentibus abutitur, &

in

292.

in his præstigias suas exercet, ut mortalibus illudat; aut terrore ac stupore exanimatis subitanè morbum adferat: Sicut & in históriâ sacrâ legimus, quod Dæmones habitârint in monumentis, & indè adorti atq; aggressi fuerint prætreuntes, *Matt. 8. v. 28. Marc 5. 7. 2. 3. 4. Luc. 8. v. 27.* Exemplum hujus lylus diabolici egregium occurrit in lib. i. *Sam. c. 28.* Ejusdem farina fuit pectrum illud, quod Thessalæ veneficæ operâ productum, s. Pompeio infelicem prælij Pharsalici exitum prædixit.

XXV. De Tempore, quo mortui ad Sepulturam dandisint, non una est Politicorum Sententia. Nobis media arrideret; Sepulturam nec nimis diu differendam, nec nimis maturandam esse.

Ratio (1.) ex dilatatione est, quod fœtus ex putredine cadaveris metuendus sit. (2.) Ratio ex maturatione nimia est, quod verendum sit, ne sàpè vivi pro mortuis sepeliantur: ut accidit *Imp. Zenoni, & Job. Scoto, Theologo*, si fides habenda est illis, quos citat & ex illis refert *Besol. de vit. & mort. cons. pol. c. 2. circ. si.* Quocirca, lege cautum esse convenit, scribit *Lev. Lenn. l. 2. de occult. nat. mir. c. 3.* ne libitinarij ac Vespillones præproperè quos mortuos existimant, loculo includant, eos præserim, qui a-poplexia, aut morbo Comitiali, uteriq, strangulatione suffocantur, aut etiam vehementioribus ecclasiis oppressi sunt, cum in illis nonnunquam anima delitescat. Pestis quidem tempore probè cavendum, ne diu mortuorum cadera in ædibus detineantur, propter summū, quod imminet, periculum, modò de morte certò constet. Quandoq; n. certò compertum est, peste affectos, nondum mortuos, sepultos foisse. Memorabile exemplum ejus rei de muliere quadam Colonensi recitur ab *Henr. Kornman. de mir. mort. p. 2. c. 16.* Romani sanè nonâ à tempore mortis die mortuos suos sepelierunt. Inde *Donat. in Phormi.* ait: In nuptijs septimus dies instaurationem roti habet, ut in funere novem dies qui parentalia concludant: referente Scheffero p. 3 q. 3. n. 21. 23. Et *Rittershus. ad LL. 12. tabb. cl. 1. c. 10. p. 33.* ad nonum, inquit, diem usq; cadaver humi desitatum domi jacebat, pedibus sanctæ obversis, & nono denum die elatum sepulture mandabatur. Quod & Horat. epod. 17. innuere videtur illo verific: Novendiales dispare pulveres. Et *Virgil. 5. Æneid.*

Præterea si nona diem mortalibus alnum.

E 2

Inte-

Interea, ut pollinatores eō certiores de morte fierent, nec fortē aliquis vivus combureretur, aliquoties mortuos aquā calidā abluerunt, ac præficæ per intervalla vehementer circā cadavera conclamārunt, Rosin. antiqu. Rom. lib. 5. c. 39. Kornman. d. tr. de mirac. mort. p. 7. c. 56. Afin. ad l. 12. §. funus. s. D. b. t. n. 17. 18. 40. Quō spectat il-  
lud Virgil. 6. *Eneid*.

— — — *Corpusq; lavant frigentis, & ungunt.*  
Et Ennij:

*Tarquinij corpus bona fæmina lavit & unxit.*  
Ratio hujus ablutionis & conclamationis fuit, quia existimārunt, viralem spiritum sæpius exclusum esse & fallere homines; per ca-  
liditatem autem aquæ & conclamationem ostenduanam eundem, tanquam fortē ecstasi oppressum, facile excitari posse. Unde et-  
jam ortum, ut Conclamati dicerentur, in quibus nulla spes re-  
viviscendi. *Ægyptij*, ne funerum curatores cum mortuis Venereum  
rem exercent, noluerunt cadavera ante quartum diem sepeliri  
*Herod. lib. 2.* In *Ordinat. Augus. Elett.* Anno 80. edita, ubi generales articuli  
proponuntur c. 15. ad minimum horæ 12. definitæ sunt, ex eadem ra-  
tione, quod quidam ob subitaneos morbos, apoplexiam, ecsta-  
sin, &c. videantur mortui, quia destituti sunt omni sensu ac mo-  
tu, qui tamen intra spacium aliquot horarum pristinas vires recu-  
perant, & quasi reviviscunt. Moribus vero hodiernis receptum  
est, ut post biduum vel triduum à morte defuncti funebria expedi-  
ri soleant *Scheffer d. q. 3. n. 24.* Apud illustres tamen personas, ut  
& nobiles, plures dies, imo seprimanæ adjiciuntur, fortē quod ampliores sint, & in dissitis locis habitent hæ familiæ.

## XXVI. An diebus feriatis sepelire licet? A.

Columella quidem *de re rustica lib. 2.* refert, apud Romanos  
ferijs publicis hominem mortuum sepelire non licuisse. Ratio  
fortassis illis fuit, ne sacra publica & solennia funestarentur reli-  
gione privatâ. Ratio vero nostræ affirmativæ est (1.) quia sepul-  
tura officium adeò cultui divinò non adversatur, ut Deo potius  
gratissimum sit, & ceu pietatis & fraternali charitatis opus ibidem  
prædicetur. Videantur supr. text. ex *Jure Divino iustitiæ concl. 1. lit. a.* Qui  
autem opus charitatis exercet, Sabbathi religionem non violat,

LUC. 14.

393.

*Luc. 14. v. i. & seqq. (2.)* quia lex illa Iudeis posita, quia mortuorum attractu vivi polluebantur, tanquam Ceremonialis nos non strin-  
git. Exemplo Christi & Apostolorum, qui nusquam leguntur ve-  
stimenta sua mundasse, juxta legem illam, quando mortuos re-  
fuerunt (3.) militat deniq; hic utilitas publica, quæ exigit, ut  
sine mortuorum eadavera humentur.

**XXVII.** Utique aequum est, mortuos honorificè pro mo- Cap. 5. De  
ritibus &  
Ceremo-  
nij.  
re cuiusq; loci sepeliri *a)* Ita præ combustione, quæ olim Romanis, Græcis & alijs nationibus in usu fuit, *b)* huma-  
nior & religiosior est humatio, qua integra corpora ter-  
ra commendantur & inferuntur. *c)*

*a)* Nemo tam invidus est, qui neget, honorem ijs, qui bene  
vixerunt, post mortem etiam exhibendum esse, nisi qui putet,  
mortuos planè amplius nihil esse, idq; & Ethnicos fecisse suprà  
ostendimus in *cond. 1. ltr. 4.* Putabant enim, non ritè sepultum iram  
fieri deorum: eorumq; religio habuit superstitionis, animam in-  
humati ad vindictam pronam fuisse, unde *Dido ad Aeneam*:

*Omnibus umbra locis edero, dabis improbe puenas.*

*Suetonius* simile adducit de cadavere Caligula Imp. in horto La-  
miano non ritè sepulto. Cerè apud Atheniensis tanta fuit se-  
pulchrorum cura, ut etiam si quis Dux pereuntes bello sepulchris  
honestare neglexisset, capite plecteretur. Unde Nicias omnem  
exercitum subsistere jussit, ut duos tantum peremptos milites se-  
pultura traderet, *Gerh. pol. q. dec. 8. q. 9.* Cimon quoq; Miltiadis filius  
se captivum sistere non dubitavit, ut pater sepulturæ honestæ tra-  
deretur. Quod & satis testantur ritus illi varij, quos excogitâ-  
runt, quibus defunctorum manes præcipue delectari & honorari  
illis videbantur. Hinc Romani floribus & coronis mortuos suos  
ornârunt: hinc ludi & spectacula feralia magnifica & parenta-  
tiones pomposæ instituta, hinc & cantus tibiarum inventi, quos  
apud Judæos etiam in usu fuisse, argumento est *c. 9. Matth. v. 23.*  
*Quos* ritus omnes & alios recensent *Alex. ab Alex. 3. genial. dier. c. 2.*  
& 7. *Kiribim tract. de fun. Rom. Rosin. antiqu. Rom. l. 5. c. 39.* *Korinan. de mi-*  
*rac. mort. p. 7. c. 34.* & seqq. Non obscura quoq; laus est *Egyptiorum*,  
quod de futuræ vita gloria solliciti, plus impenderint exornandis

sepulchris, quam dominibus suis. Honore quoque magno mortuos  
suos dignos judicarunt & alii gentes, quia nimis, per mortem  
ad celum claros viros transire, sibi persuaserunt Cic. i. Tus. qq. &  
in Somn. Scip. Quod respicit forte & Leo Ivp. in Nov. 53. ubi mortuos  
interdum famulos Dei appellari refert, vers. extra hac autem. Eam-  
que ob causam Sepulturam honestam honoris speciem esse cen-  
set, Arist. i. Rhetor. c. 5 ib: *νέκτημα τάφοι, εἰδῆς*. Nos Christianos  
haec movent rationes, quod (1.) in Sacris literis praecipiatur, hon-  
estè corpus sepulturæ mandandum esse, Syracb. c. 38. v. 16. in fin.  
juncto c. 7. v. 37. Gen. c. 23. v. 6. Luc. c. 23. v. 53. Iohann. c. 19. v. 41. (2.)  
quod officium sepulturæ sit fidei, resurrectionis & vita melioris  
quoddam quasi testimonium c. non asserimus. 19. vers. corpori autem.  
13. q. 2. Paulus 1. Thessal. c. 4. v. 14. 14. Hinc & cœmiterium in lingua  
Germanica vocatur **Gottes Affer** / in quo sc. corpora piorum ve-  
lut grana quadam in spem futuræ messis seminantur, 1. Cor. 15. v.  
35. seqq. Ioh. c. 12. v. 24. Eo & pertinet hymnis Prudentij:

*Nunc suscipe terra foendum,*

*Gremioq. hunc suscipe molli:*

*Hominis tibi membra sequestro*

*Generosa, & fragmina credo.*

(3.) quod istæ solennitates, quæ honorificæ sepulturæ adhiberi  
solent, simul ad vivos spectent, & ad minuendos dolores propin-  
quorum faciant, praincipue vero plurimum hoc confert Sicicum  
(qui sic appellabantur, quod apud ritos, i. e. sepultos canerent  
Agell. l. 20. c. 2.) Musica. Ea enim suavitate sua mortalium animos  
demulcit & id efficit, ut dum animus se ad modulos & verba  
transfert, minus doloris acerbitudinem sentiat Arist. proble. i. sect. 19.  
Sed & eleganter de usu Musices in exequijs usitatæ Chrysost. in ep. ad  
Hebr. c. 2. homil. 4. Dic mihi, inquit, quid sibi volunt hymni? nonne ut Deum  
glorificemus, & ei gratias agamus, quod jam coronavit discedentem, quod à labo-  
ribus liberavit, quod à timore liberatum apud se habet? Gerb. loc. Theol. t. 8.  
c. 7. n. 85. f. 125. Plures rationes reperti possunt ex concl. 1. lit. a.

b) Combustio haec, quæ libera cuique erat, describitur à Rosino  
antiq. Rom. l. 5. c. 39. f. 237. Ex antiquioribus plura citat Asin. ad l. 2. §.  
Prætor. 2. à n. 25. D. h. t. Cremabantur autem saltē clari viri mor-  
tui Romæ in campo Martio. Et Imperatores exstructo rogo cer-  
tis

tis quibusdam ritibus & ceremonijs inter Deos referebantur. Unde vero fuerunt veteres Romani ad concrematorum cineres repnendos, urnis, quæ pro cuiusq; facultatibus vel aureæ fuerunt vel argenteæ. Atq; ejusmodi monumenta antiqua etiam nūm pafsim in Italia reperiuntur, ac proprio nomine ossaria dicebantur *Casae*. 10. obf. c. 37. Item *Cineraria Besold*, in conf. vit. & mort. pol. l. 3. c. 1. f. 97. Galli etiam, referente Cælare, omnia qua vivis cordi erant, in ignem inferebant, animalia, imò servos & clientes. Sed & Lithuaniae corpora mortuorum cum pretiosissimâ supellecile, qua vivi maximè utebantur, cum equis, armis, canibus cremabant, servum etiam fideliorem vivum cum domino mortuo, præcipue magno vito, in ignem in iuscere solebant: *Guagnin*, in Lithuaniae descript. Besold. d. l. 3. c. 3. f. 107. Existimat quidem Luc. Ofiander, quod & apud Hebræos exempla extent combustionum, puta 1. Sam. c. 31. in fin. 2. Chron. c. 16. in fin. & Jerem. c. 34. v. 5. Verum refert Tremell. 2. Chron. d. c. 16. in fin. non ipsa corpora combusta, sed sepulchra in usfrina suffitu facto iustata fuisse: & ad Jerem. d. c. 34. Judæos unctiones odorum fecisse: eamq; versionem proximè accedere ad linguam Hebraicam ibidem restatur. Et convenit eadem cum versione Germanica Dr. Lutheri d. c. 31. Sam. vnd berenckerten sie / & d. c. 16. Chron. vnd machten ein sehr gros brennen & d. c. 34. Jerem. so wird man auch über dich brennen. Rationes combustionis variae leguntur (1.) ne in corpora quis saviore posset. In primis vero Romani, postquam animadverterunt, sepultos tempore belli quandoque erui, ad combustionem venerunt, ne post mortem ignominia sui afficerentur. (2.) Voluerunt quidam hoc modo cadavera, quæ erant impura igne purgare: Alij (3.) cum *Heralito* censuerunt, cum omnia ex igne constent, in ignem quoq; omnia resolvi debere corpora, ut ita ad originem suam homines revertantur.

(1) Corpora terræ mandanda sunt, noui Ægyptiorum more antiquo custodienda domi, & exsiccanda & quasi ænea reddenda, multò minus mensis velut convivæ adhibenda, ut ex *Luciano* recenser Besold. in d. confid. pol. vit. & mōr. l. 3. c. 1. fol. 95. Et Asin. ad l. 2. §. 1. vers. in locum. n. 6. D. h. t. Ratio (1.) quia secundum divinum Oraculum homo ex terra fabricatus est, ideo etiam in terram reverti debet, Genes. 3. vers. 19. Dan. c. 12. vers. 2. ib. qui in terra pulvere dormiunt Eccl. c. 12. v. 7. ib. pulvis revertitur in terram, quemadmodum fuit.

Huius

Huic divino elogio & sententia plenius & magis satisfit per hū-  
mationem, quam per combustionem. Per ignem enim in cine-  
rem potius, quam in terram corpus convertitur, (2.) quia homo  
cibus est vermium, non ignis aut flaminæ nutrimentum *Syrac.* c. 10.  
v. 12. ubi propterea mater omnium nostrum appellatur *terra*, *Job.*  
c. 17. v. 14. ubi sepulchrum vocatur pater & vermis mater, unde & *Cic.* 2. de *ll.*  
inquit, aequum esse, ut reddatur terra corpus, ita locatum & situm, quasi operi-  
mento matris obducatur. (3.) quia S. patres corpora defunctorum  
suorum haud igni sed terræ mandarunt, ut constat ex sepultura  
*Saræ*, Abrahami conjugis *Gen.* 23. v. 19. Abrahami *Gen.* 25. v. 9.  
*Rahelis* *Gen.* 35. v. 19. *Jacobi*, *Gen.* 50. v. 13. Quin imò Deus ipse hunc  
morem sepeliendi confirmavit, dum Mosen sepelivit *Deut.* c. 34.  
v. 6. Et plura Exempla relata sunt *supr. concil.* 1. lit. a. (4.) quia & in  
jure nostro favorabilis est sepulta in terrâ. Sic enim J.C. Mode-  
stinus: *Si quis in testamento suo quem heredem scripti sub tali conditione si re-*  
*liquias ejus in mare abjectas: & heres huic conditioni non pareret, audandus est magi-*  
*s, quam accusandus, si ob memoriam conditionis humanae potius sepulta tradid-*  
*erit, quam in mare abjecerit.* *I. quidam* 27. *D. de cond. infit.* Nusquam ve-  
rò cremandorum cadaverum in jure nostro mentio fit: siquidèm  
*Ulpiani* & aliorum J.C. ejus ætatis seculo jam usus urendi corpo-  
ra desit, & præsertim *Justiniani* & compilatorum *Juris*, qui jam  
recepérant fidem catholicam (5.) quia nihil à quibus, aut secun-  
dum *Cyrum* apud *Xenoph.* *beatus*, quam corpus, anima ad auras ce-  
lestes migrante, terræ undè conflatum, commiscere, quæ tot pul-  
chra nutrit & parturit. Sic enim iuxta sententiam *Philosophi Hera-*  
*cliti*, qui tamen comburi maluit, propterea, quod ignis illi omnium naturalium  
rerum solum & verum principium videretur, ad sui principium rectè redu-  
citur. (6.) quia & naturæ magis id convenire videtur, & commo-  
dius faciliusq; peragi potest. Movit hæc ipsa ratio (7.) præcul du-  
bio & prædictum sapientis. Persarum Regem *Cyrum*, quam fortè  
didicerat à *Daniele Propheta*, ut filijs suis injungeret, ne corpus  
suum igni, sed terræ traderent, nisi quis putet, Persas, quia ignem  
Deum esse censuerunt, idèò Deo tribuere humanum cadaver, ne-  
fas dixisse. Approbarunt (8.) idem sepultura genus Athenienses  
& Graci cæteri: nec non Romani, idq; suatu in primis Numæ  
*Pompilij*, cuius prudentia & religiositas præ reliquis regibus  
omni-

195.

omnibus nobilitata fuit. Hinc *Cic. 2. de ll.* hoc ipsum genus antiquissimum appellare, haud dubitavit.

XX IIX. Sed decetne mortuos lugere? A.

Luctus autem non debet esse immodicus, more forsitan Hibernorum, quorum mulieres primum per vicos & campos cursant, & ululari omnium aures obtundunt, posteā in templo buccis inflatis declamant, capita nudant, crines lacerant, ferunt frontem, palmas extendunt, manus in cælum extollunt, mortuorum operimenta diloricant, cadaver amplexantur, oscula insigunt, & cadaver humari vix permittunt, ut ex Richar. Stanhurſt. de reb. Hibern. refert Besol. in confid. pol. vit. & mor. l. 3. c. 3. n. 3. fol. 110. Ratio hujus & aliorum Gentilium infanæ absq; dubio fuit, quod nullam certam haberent spem, restare aliquid sui post mortem, arg. sex. 1. ad Theſſal. 4. v. 13. c. habent. 27. 13. q. 2. Sed moderatum approbamus: Ratio (1) quia luctum moderatum sacra scriptura nobis commendat, *Syrac. c. 38. v. 16. 17. 18. Eccles. c. 3. v. 4. c. 7. v. 3. & 5. Actor. c. 8. v. 2. Rom. 12. v. 15.* alias securitatis est argumentum, si quando justus perit, & nemo considerat *Esa. 57. v. 1.* Commendatur luctus Abrahami, super obitu Saræ *Gen. 23. v. 2.* Josephi *Gen. 49. v. 33. in fin. & c. 50. v. 3. 10. 11.* Iſraëlitarum super obitu Aaronis *Num. 20. v. 29.* Moiſes *Deut. 34. v. 8.* Samuelis, *1. Sam. 25. v. 1.* Davidis super obitu Saulis & Jonathæ *2. Sam. 1. v. 17.* Et Josiam regem luget populus Juda & Jerusalem, ac maximè Jeremias *2. Chron. 35. v. 25. patetq; ex Jerem. c. 9. v. 17.* in funeribus lamentatrices quoq; mulieres adhiberi fuissent solitas, quæ planctum excitarent & aliorum lachrymas simulato luctu scitè elicerent, unde vocantur sapientes in lamento d. v. 17. in fin. Quales apud Romanos erant præfice, quæ ad funus deplorandum & mortuum laudandum mercede conducebantur. Unde jocus ille apud *Plaut. in Trucul.* Has alios collaudare, se ipſas verò non posse. Constatq; ex *Matth. c. 9. v. 23.* tibicines in exequijs adhibitos fuisse, qui alios tristi suo concentu ad commiserationem & luctum per moverent. Sed & ipſe Christus Salvator noster lachrymas profundit intuens Lazari sepulchrum *Ioh. 11. v. 35.* Ex quo Judæi colligunt: Ecce quomodo amat eum. *ibid. v. 36.* Quod & (2.) Romani in LL. suis 12. tabb. confirmarunt, dum luctum immoderatum saltem prohibuerunt *V. Rittersh. ad LL. 12. tabb. cl. 1. c. 6.* Estq; (3.) ratio,

F

quia

quia luctus, si moderatè fit, naturalis est, proveniens ex storgis naturalibus, nec reprehensionem meretur: unde & Plat. 12, de ll. absurdum esse censet, fieri mortuum jubere aut vetare. Rittershus. d. c. 6. Nam quid ad humanitatem proprius accedit, quam desiderium familiarium, cum quibus conjunctissimè viximus? quod tantò ardenter est, quanto acrior in animo nostro amoris est stimulus; hic sanè nunquam permittit, quin sejunctio & orbatio eorum, quos verè amasti, desiderium, & hoc doloreni atq; ægritudinem tibi afferat, nisi mens planè Abderitica sit, aut fungus sub pectore natus. Pulchrè hoc confirmat Älian. lib. 8. var. hisor. sententiâ hominis cuiusdam Spartani, qui reprehensus, quod nimis indulgeret lacrymis, respondit, *Quid facherem? non ego, sed natura mihi luctum excutit.* Huic & Euripide eleganter succinuit:

*Kαὶ γὰρ πέφυκε τὸν ἐπιθύμων Φίλον.*

*Ὕπηρε διῆν θήσακη τοις, καὶ οὐδὲν παθεῖεν.*

*Πᾶς τοις δακρύει τοις πεστηκαστοῖς Φίλοις.*

*Hoc à natura ingenium est hominibus,*

*Et si quis jure mortem obierit, nihilominus tamen cupit  
Unusquisque amicos sibi astrictos deflere.*

(4.) quia non adversatur dolor iste nostra doctrina Ethicæ: neq; enim philosophi viram fortem ~~ἀπαιτοῦν~~ esse volunt, aut statuam veraceam, ut Plaut. loquitur, fingunt, qui casibus humanis nihil moveantur, sed acerbitatem tantum fortunæ fortiter ferri & sustineri desiderant. Quia deniq; (5.) qui ex hac vita descendunt, aut bene vixerunt, boniq; extiterunt & utiles vita communi: aut male & impiè vixerunt. Illi factis suis & vita probitate omnino merentur, ut lugeantur, non quidem rām ipsorum, quam Ecclesiæ vel Reipubl. vel familiæ suaæ causa, quibus inservierunt: siquidem difficile est, invenire alios, qui in defunctorum locum succedant. Non enim rārò accidit, ut Ecclesiæ vel Reip. aut familiæ salus ac dignitas in unius etiam hominis casu periclitetur: quod ex Historiâ Ecclesiæ primitivæ, tūm varijs Rerump. mutationib; manifestè constat. Et quid tristius liberis vel familiæ accidere potest, quam capite, aut membro bono orbari? Hinc nullibi cul-

398.

culpatur Aristippus Philosophus, quod interitu sibi imminentem constriatus fuerit, mortisq; periculum evitare laboraverit, eò, quòd bonus esset, ac multis sese in vitâ prodesse posse, intelligeret. Hi verò qui male vixerunt, propter sortem ac conditionem longè luctuosissimam, in quam inciderunt post mortem, meritò in dolore suos coniiciunt. Sic David lugebat mortem filij improbi Absolonis 2. Sam. 6. 18. v. 33.

XXIX. Quamdiu autem mortui lugendi sint, arbitrarium videtur a) Viduæ tamen certum luctus tempus Jure Civili sub pœnâ infamiae recte præfinitum est. b)

a) Ratio est, quia leges nullum certum tempus præscribunt; sed cuilibet secundum pietatis suæ rationem, & animi sui patientiam, prout quisq; voluerit, relinquunt l parentes. 23. D. de his qui non infam. Aliás de tempore luctus varia ex historijs recenseri possunt. Numa Pompil. teste Plut. voluit puerum non lugeri trimo minorem, neq; etiam natu grandiorem plures menses, quam vivisset annos; ita tamen ne ultrâ 10. menses lugerentur. Hoc enim erat tempus longissimum. Lycurgus verò teste eod. Plutarch. lugendi tempus breve definitivit, nempe dies 11. Ægyptij luxerunt Jacobum 70. diebus Genes. 50. v. 3. Aaronem luxerunt filij Israël triginta diebus Num. 20. v. 29. Item & Moisen 30. diebus. Deut. 34. v. 8. Longissimum sapè tempus annum videtur, quod & hodie quan- doq; observatur.

b) Viduæ certum lugendi tempus præfinitum esse, constat (1.) ex Dionys. lib. 3. qui refert primum Pompiliū 10. Mensium spaciū definisse, deinde à tempore Theodosij annum destinatum fuisse. (2.) Textus sunt in Jure Civ. in l. 1. D. de his qui non infam. l. liberorum. 11. §. 1. D. eo. l. decreto. 15. C. ex quib. cau. infam. interrog. l. 1. & 2. C. de secund. nupt. Novell. 22. cap. 22. Unde Sen ep. 8. annum faminis ad lugendum veteres constitulere. Ratio (3.) est, summa Reipub. utilitas: interest enim Reipub. ne sanguis turbetur, nevè incertæ sint generationes, d. l. liberorum. 11. §. 1. l. sancimus. 53. §. adhac sancimus. 3. v. non audente. C. de Episc. & Cler. Natō enim intrâ annum filio, incertum fieret, utrius esset partus: an defuncti prioris, an mariti posterioris. Jure Canon. Pontifices

Urbanus 3. & Innocentius 3. mulieri hanc infamiae pœnam remiserunt in c. super illa. 4. & c. cum secundum. 5. fin. exir. de se. nupt. Malè. Ratio (1.) quia Imperatorix Constitutiones censorem non ferunt vel admittunt Papam: penes Imperatorem enim solum consistit potestas legum condendarum l. i. l. fin. C. de ll. nec ullum is recognoscit superiorem, præter solum Deum, à cuius providentia ipsius dignitas unicè dependet, Const. Deo auctore. de Concept. Dig. in pr. Nôv. 28. c. 4. in fin. Sunt enim separatae Dei ordinationes Sacerdotium & Imperium Luc. 22. v. 25. 26. 1. Pet. 1. v. 3. Quin nec ipse Pontifex quicquam juris in Imperatorem sibi vindicat, secundum saniores Canones in c. cum ad verum. 6. dict. 96. c. Valentianus. 3. dict. 63. s. nos si incompetenter. 41. 2. q. 7. Unde Leo 4. præcepta Lotharij & Imperatorum omnibus modis se servaturum profitetur c. de capitulo. 9. dict. 10. Et Imp. Lotharius rectè mandat Eugenio Papæ & universo populo, ut leges suas obseruent 2. F. 2. §. quoniam. 3. Quò spectat, quod communi Electorum & aliorum Procerum Imperij decreto Anno Christi 1338 tempore Pontif. Benedicti 12. publicato adversus Pontificem, cautum sit: Imperatorem nullum superiorem cognoscere, sed imperium immediatè à Deo tenere. In qua definitione tanquam publica Imperij Lege acquiescendum est, & adulatorum Pontificiorum somnia contemnenda, exemplo Græcorum, qui Johanni 22. olim rescriperunt: Potentiam tuam summam circa tuos subditos firmiter credimus, superbiam tuam summam tolerare non possumus, avaritiam satiare non valimus; Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum. Nevizant. in fyl. nupt. lib. 4. (2.) quia nullā aut certè frivolā nituntur ratione Constitutiones istæ Papales correctorix. Quando enim Apost. Pauli suffragium afferunt 1. Cor. 7. v. 39. egregie fallac. secund. pl. interrog. committunt. Apostolus quippè tempus lacus minime tollit, sed, cum ipsis esset cum illis, qui plane secundas nuptias improbarent; ita liberam pronunciavit viduam à potestate mariti defuncti, ut nubere iterum possit. At intra quod tempus nubere possit, non exprimit, nec corrigit Apostolus leges Civiles; sed potius ad earum sanctiones mulierem relegat, dum magistratu & legibus obedientiam præstare omnes jubet ad Tit. 3. v. 1. Rom. 13. v. 1. seqq. 1. Pet. 2. v. 13. Rectè itaq; & laudabiliter, neglectis Pontificum decretis, ad imitationem Imperatoriarum le-

gum

197

gum & ad conservandam honestatem, de hoc luctu annuo viduorum, ut & viduorum sancitum est, in Churf. S. EheOrdnung c. 5. in hunc modum. Was endlich Witwer und Witwen anbelanget/ so anderweit zur Ehe schreiten wollen / erfahren wir / das etsliche ihrer abgestorbenen Ehegatten allzuzeitlich vergessen / vnd mit Ärgernis wiederumb zum Estand eilen. Wann dann solches der Erbarkt vnd natürlichen Pflicht zu wieder/ so wollen wir/ das hinstro ein Witwer zum wenigsten ein halbes / eine Witwe aber ein ganzes Jahr ihre Trauzeit halten / vnd für Aufgang desselben sich wieder zu verchlichen oder Hochzeit anzustellen nicht macht haben sol/ es geschehe dann mit unsrer sonderbaren dispensation vnd eigener gnädigster Verwilligung.

XXX. An cum vestimentis, a) coronis, b) unguentis,  
c) & alijs ornamentiis d) corpus recte humetur?

a) Vani sunt Rabbini, putantes, qui induiti tumulo conduntur, induitos quoq; resurrecturos Ricins de Thalmud. doctr. f. 261. Nos si (1.) Jus divinum consulimus, illud vestimenta abominari censemus. Quemadmodum enim homo nudus mundum ingreditur, sic nudus quoq; vicissim egredi debet, Iob. 1. vers. 21. Eccles. c. 5. v. 14. 1. ad Tim. 6. v. 7. Unde pios homines, exceptis regibus, amiculio saltete ferali seu fascijs tantum lineis, quas ipsa honestas suadere & exigere videbatur, coopertos fuisse, ex historia Salvatoris Matth. 27. v. 59. Marc. 15. v. 46. Luc. 23. v. 53. Ioh. 19. v. 40. & Lazari resuscitati Ioh. 11. v. 44. patet. Nec enim in arenam descendit, ubi festivitates & choreas ducet, sed a vermis consumetur. Olim vero (2.) inter LL. 12. tabb. ex legibus Atheniensium, & hanc Decemviri collocarunt, quæ fuit de minuendis sumtibus, vestimentorum nomine erogandis, concepta, quam refert Rittersbus. ad LL. 12. tabb. cl. 1. c. 4. his verbis: Sumtum minuito, tria, si volet reicinia (erant vestimenta, quæ post tergum reicerentur, unde nomen habent) & vincula purpuræ & decem tibicines habeto, hoc plus ne facito. Unde colligi potest, vestimenta tantum pretiosa, quæq; luxum præ se ferunt, prohibita fuisse. Idq; (3.) Jus Civ. amplius quoad nimiam vestium sumtuositatem confirmat in l. & si quis. 14. 6. impensa. 4. D. b. 1. Junctal. servo alieno. 13. 8. ineptias. 5. D. de leg. 1. ubi supervacua, imò ineptiæ vocantur. Quod

caim pauperibus viventibus debetur, id defunctis eārum rerum nec indigis, nec appetentibus insumitur. Atq; hoc nomine præcipue laudatur Saladinus, qui noluit luxum aut opulentiam suam vernis ostentare; sed potius moriens humanæ conditionis & miseriz memor, condito testamento omnem funeris pompam abdicavit, jussitq; tantum in lancea præferri atri coloris obsoletam tunicam, præcincte quodam ad populum hujus sententie versiculum:

*Vixi divitijs, regno, tumidusq; tropheis:*

*Sed pannum heu! nigrum, nil, nisi morte tul.*

Jure Can. (4.) Archiepiscopi & Prælati cum pallio & habitu Ecclesiastico sepeliri debent, c. adhac. 2. extr. de auth. & us. pall. Invenitost enim Episcopos sepeliri nefas esse creditur, in reverentiam scilicet sacrosancti characteris, quo fuerunt insigniti A. Fab. ad l. 14. §. non a. 6. D. b. t. Egregia vero sanctitas. Nihilominus hoc etiam num in ijs quoq; locis, ubi repurgata viget religio, observari videsmus. Hodiè apud Germanos, illustres præsertim & nobiles personæ plerumq; vestibus pretiosis exornari & indui solent, gladijs & pugionibus scrinio impositis more Italorum, qui insuper lectis splendidè exornatis impositi palam publicè efferventur. Quod etiam apud Græcos Imp. fuit usitatum, ut ex Pomp. Lato apparet, qui hanc refert historiam. Cum defuncta Fabia funus efferreretur, puellam ex improviso per fenestram spuisse, & elatum cadaver tetigisse, ideoq; illam absq; mora comprehensam & rogo Fabia impositam, rivansq; exstinctam fuisse. Alias in hisce in primis provincijs (præter puerpas, quas planè vestitus sepeliri debere, ferè omnibus persuasum est) alba tantum stola indui consueverunt defuncti: Ratione hac probabili: ut enim color hic alias naturā censetur syncerus & purissimus, ita & denati post mortem ab omni peccatorum labore puri & mundi redditū sunt. Alba namq; stola in sanctis innocentiae & sanctitatis signum est. Apoc. 4.v.4. & 6.v.9. & 16.v.11. Quare quod Plutarch. de sui seculi mortalibus perhibet, quod nimirum corpus ornarint, cum animum non potuerint, quem purum ac splendidum deducere voluerant, quasi jam emeritum & vario ac magno certamine liberatum: id rectius forte ad nostros mores accommodari poterit.

b) Co-

b) Coronarum usum apud Christianos in sepulturis receputum esse constat. Rationes videntur esse haec: (1.) quia coronae fragilitatis humanæ memoriam & tam fluxi ævi brevitatem per flores nobis recolunt, Plin. lib. 21. c. 1. Quemadmodum enim flores in coronis spectatissimè florent & celerrimè marcescent; Ita multi homines hodie jacent in thalamo, cras in tumulo: hodiè sunt rubicundi, cras moribundi. Heute tot / Morgen tod.  
 (2.) quemadmodum olim is, qui in certamine virtute athletica vicit, coronabatur, eique amici congratulabantur: ita videntur pie defunctis, tanquam victoribus, & qui ex vita hujus calamitatibus & certaminibus varijs feliciter eluctati sint, tandemque ad veram & optaram diu tranquillitatem & beatitudinem pervenerint, congratulari. Alias rationes, ut & jura antiquas, LL. 12. tabb. usitata recenset Rittershus. ad ll. 12. tabb. claf. 1. cap. 9. 10.

c) Mos ungendi vetustissimus est, usitatus apud varios populos, puta Ägyptios Herod. lib. 2. Et ita Josephus mandavit servis suis medicis, ut ungerent patrem suum Jacobum: & Medicis ungebant eum per 40. dies, eo usq; enim durabant dies ungendi Genes. 50. v. 1. 2. 3. Morem enim habuerunt, siccare corpora & quasi ænea reddere, Besold. in confid. pol. vit. & mort. l. 3. c. 1. fol. 95. Sed & apud Persas Herod. lib. 1. Cie. Tus. 1. Item apud Hebraeos & Judæos, Marc. 16. v. 1. Luc. 24. v. 1. Job. 19. v. 40. Sic & de funere regis Asæ dicitur, quod posuerint regem super lectum, plenum aromatibus & unguentis 2 Chron. 16. v. 14. Idem mos fuit & apud Romanos, approbatus etiam jure Civili in 1 funerali. 37. ibi. veluti unguentorum. D. b. t. ubi unguenta inter funeris impensas recensentur. Inde & Virgil. 6. Äneid.

*Corpusq; lavant frigentis, & ungent.*

Et Ennius:

*Tarquinij corpus bona fæmina lavit & unxit.*

Pollinæores enim primum cadaver aqua calida lavabant, uti supr. relatum. concl. 25. & deinde illud ungebant. Ratio autem, quare cadavera ungerentur. absq; dubio fuit, ut foetor vel planè ab ijs averteretur, vel certè minueretur; itemq; à putrefactione diutius præservaretur. Hodiè serè tantum unguentis utuntur magnates

ac principes. Pontificij moribundis adhuc spirantibus adhibent extremam unctionem, quam Sacramentis annumerant. Quod reprobant recte, qui reformaram religionem amplectuntur.

d) Ornamenta alia, luxum arguentia, non immerito simpliciter reiciuntur. Hinc ait Plin. l. 33. nat. hist. c. 1. Ex veteri consuetudine morientibus detrahebantur annuli. Ratio (1.) quia ejusmodi largitiones vel à nimia simplicitate, vel à stolidâ quadam superstitione proficiuntur, tex elegans in l. & si quis. 14. §. non autem oportet. s. D. h. t. (2.) quia vivis nocent, mortuis non profunt: hi enim nulla amplius re indigent, & vel amiculô ferali contenti sunt. Unde D. Ambrosius dixisse fertur, superbia sepulchrorum potius damna sunt viventium, quam subsidia mortuorum. (3.) quia inepta appellatur voluntas ejus, qui de ornamentis secum condendis in testamento praecepit, arg. l. servo. 113. §. ineptas. s. D. de leg. 1. l. medico. 40. fin. §. mulier. 2. D. de au. & arg. leg. Peccare itaq; non leviter videntur ij, qui cum Lithuanis, Americis & alijs populis aurum & alias res pretiosas ad exornanda fœtida mortuorum ac vermium domicilia conferunt, quæ longè majori usui esse poterant vivis. Quanquam illustribus forte personis, quæ omnium rerum copia & divitijs affluere solent, quibus & magnificentia cum primis convenit, hac in re amplius aliquid concedi debere, non negari possit. Exemplo sunt sepulturæ magnificentissimæ Davidis, Salomonis & aliorum, quorum meminit, Josephus 7, antiqu. c. fin. & lib. 1. de bell. Inda. c. 2.

XXXI. Quid si ipse defunctus in testamento modum sepeliendi præscripsérat, num hæres ad hunc adeò erit astrictus, ut eo neglecto hæreditate privari possit? D.

Aut justum & legibus consentaneum præscripsit defunctus modum, & tunc voluntas ejus merito pro lege hæredi esse dicitur, ne ab ea recedere potest Nov. 22. c. 2. vers. disponat. Nihil enim æquitati magis consentaneum est, quam ut ultima morientium elogia serventur & implentur arg. l. 1. C. de SS. Eccles. Aut ineptum & à legibus ac moribus alienum præscripsit sepeliendi modum, & tunc impunè hæres voluntatem defuncti negligit, d. l. servo. 113. §. 5. D. de leg. 1. d. l. fin. §. ult. D. de aur. & arg. leg. Ratio est, quia nemo in suo testamento, quantacunq; ejus sit libertas & favor, legum

viii

499.

vim infringere, aut contra bonos mores aliquid statuere vel jubere potest, arg. l. nemo. 55. D. de leg. 1. Quin potius laudatur hæres, quando ejuſmodi præ posteram & ineptam defuncti voluntatem posthabet l. quidam. 27. D. de cond. inf. Et tūm potius hoc dolori, animi rationem perturbanti, ascribendum, neq; credendum, ex animi sententia id processisse; sed potius testatorem non nimis sanæ mentis fuisse. Rectè itaq; Octavius Augustus negligi voluit præceptum Virgilij, qui Aeneidem suam doctam illam & laboriosam incendi moriens jussicerat: quod supplicium sumi solet de pefsimis libris & improbatæ lectionis, ut Magicis aut mathematicis l. cetera. 4. §. 1. D. fam. erit. Quocirca etiam, quid de hoc testamento sentiendum sit, facile coniucere licet: *Ludovicus Corruſus* JCtus Patavinus in suo testamento interdixit propinquis suis, lacrymas & solitas funerum lamentationes; & quæcunq; lugubria solent ad mortuítiam parari, abesse proſrus voluit, addita etiam ex legato gravi multatione hæredi, si id facere neglexisset. Econtrario vero pro his acciri jussit musicos, cantores, citharœdos & tibicines omnis generis, qui vario concentu una cum Clero funeris pompa partim præirent, partim sequerentur usq; ad 50. quibus singulis mercedem dimidijs aurei nummi dandam constituit. Et quod 12. puellæ innuptæ, amictæ viridibus pannis, feretro subiarent, usque ad templum, ubi se sepeliendum mandaverit, quæ omnes altâ voce concinerent, relicta singulis certâ pecuniâ quantitate dotis causa. Tandem etiam cavit, ne Eremitani funeri suo ullo paſto interessent, ne sua fortassis illa nimia cucullorum nigridine hilaritatem exequiarum interim funestarent. *Hæc Camerar.* 1. hor. subcif. c. 12. fol. 52. Certè *Paulus de Castro* in l. quidam in suo. D. de cond. inf. hujus testamenti etiam meminit, & tanquam hominis non sana mentis in dubium vocat, arg. l. seruo. 113. §. 5. D. de leg. 1.

XXXII. Laudationes funebres publicæ in Republ. benè constitutâ rectè admittuntur.

Ratio (1.) quia ea est laudationis vis, ut omnes propè mortales naturâ suâ illius suavitatem ita afficiantur, ut sapientes vel hanc solam virtutis ac laborum suorum mercedem expetierint: id quod in *Orat. pro Arch. Cic.* luculenter testatum facit, inquiens: *Nulla virtus aliam mercedem laborum ac periculorum desiderat; prater hanc laudis*

ac glorie. Et quidem magis post mortem, quam in vita hanc sibi  
mercedem quisq; exoptat. (2.) quia habet profecto id laudatio,  
ut Virtutem ac facinora præclara ad perpetuitatem omnium  
optimè commendare valeat, nec unquam permittit, ut benè me-  
ritorum virorum gesta oblivione obsolescant. (3.) quia non pa-  
rum momenti laudatio funebris habet ad excitandum in posteris  
virtutis studium. Exempla quippè laudatorum virorum plus  
movent, quam præcepta *Macrob.* 1. *Saturnal*. Quo intendit (4.)  
*Plato lib. 10. de ll.* quando monet, utin qualibet Rep. tam viris, quam  
feminis parentationes publicæ permittantur. Et (5.) non tan-  
tum egregia oratio funebris extat Periclis apud *Thucyd.* lib. 2. sed &  
in primis Romani inde à tempore Valerij Publici, qui primus se-  
cundum Plutarchum Collegas sui funus laudatione celebri deco-  
ravit, diligenter observarunt *Vanderan.* de priv. cred. c. 1. de ijs quib. priv.  
comp. n. 35. & seqq. *Afin. ad l.* si quis. 12. §. funus. 4. D. h. t. ubi à nun. 72.  
multa elegancia de orationibus funebribus, quo in loco habite fuerint, quo tem-  
pore, & an apud Romanos antea quam apud Gracos reperta sint &c. colligit.

Referri hoc potest (6.) vestigium hujus instituti laudabilis ex  
L. & si quis l. & si quis. 14. §. impensa. 4. D. h. t. ib. veleriam commendandum. Ubi id  
14. §. im-  
quoq; ad sumptus funeralis referunt, quod in ejus commendatio-  
nem impenditur. Sanè d. verba variè leguntur: Alibi enim:  
D. h. t.  
*Commendandum*: id est, purgandum; hinc pollinctorum munus:  
Alibi, *Commendandum*: id est, deponendum, commendare enim est,  
deponere. *l. Luciu.* 24. *l. Publia.* 26. *D. depos.* Quem sensum retinet  
*A. Fab. in rational.* ad d. §. impensa. Quia verò ibi præcedit verbum  
(*custodiendum*) & depositum nihil aliud sit, quam quo res deposita  
accipitur custodiendi causa. *l. t. D. depos.* §. *præterea.* 3. §. quib. mod. re  
contr. obl. ideo verbum, *commendandum*, in d. §. impensa, potius acci-  
piendum videtur de commendatione seu laudatione funebri. Ap-  
probavit idem (7.) Sereniss. Elector Augustus in Ordin. Eccles. Anno  
80. edita c. 15. §. dazu dann auch die Kirchen Diener. ib. Eine Leichen-  
predigt / daß sie allzumal sterblich / vnd sich alle stunden zu dem Tode  
rüsten vnd bereiten sollen. Rectè igitur & laudabiliter in memo-  
riam augustissimam Illustriss. ac potentissimorum principum ac  
Dominorum, Dom. Mauritiij, Dn. Augusti, Dn. Christiani I. &  
Dn. Christiani II. Ducum Saxon. & Elector. tanquam herorum  
toga

200.

Eoga & Marte maximorum, Patriæ patrum, Mæcenatum Ecclesiæ & Scholarum incomparabilium, Justa funebria anniversaria die 11. Jul. 11. Februar. 25. Septembr. & 23. Junij ab inclita Universitate Lipsiensi solenniter indicuntur, celebrantur, & ipsorum Serenitatibus dignæ subjectissimo studio gratia aguntur, quod in hisce terris veritatem doctrinæ cœlestis ad posteritatem propagârint, judicia & Justitiam firmarint, Ecclesiæ, Scholas & hanc imprimis Universitatem magnis beneficijs ornârint, auxerint, cumulârint.

XXXIII. Per Sepulturam locum religiosum fieri Cap. 6. De Effectibus & Actis  
constat. a) Hinc queritur: Quid juris sit, si diversæ corporis partes locis diversis commendatae sint? Resp. Caput nibus, nec non privilegijs  
a) Text. sunt in l. locum. 2. §. de ea. 3. l. divi. 39. l. si quis. 40. D. l. lo- ipsius fu-  
cum. 9. C. b. t. §. religiosum. 9. f. de R. D. Interq; LL 12. tabb. una erat: neris vel  
Fori (ita vestibulum sepulchri vocitavere) bustivæ æterna au- sepulturæ  
uthoritas esto. Est enim sepulchrum, ut Ennius dicebat, portus nomine  
Corporis: ut Tertullian: asylum mortis: ut Constantius Imp. domus tentibus.  
defunctorum l. qui sepulchra. 4. C. de sep. viol. proximumq; sacrilegio  
majores semper habuerunt, violare sepulchra l. pergit. s. C. d. t.  
Ratio apud Ethnicos fuit, quia putarunt, animas corporibus solutas ad Deos evolare ac planè jam divinas fieri: Ideo & sepulchra  
veneratio quadam & metu coluerunt, ut potè in quibus illi condi-  
ti essent, qui inter divos annumerarentur & quorum corporibus  
si quis cultus exhiberetur, Deo tribueretur Cic. de amicit. Ut igitur  
res sacrae Diis superis fuerunt consecratae publica authoritate: ita  
res religiosa Diis manibus, seu inferis authoritate privata. Ratio  
apud Christianos est, quia sunt sepulchra fidelium, & continent  
corpus, quod dum vivebat, fuit templum Spiritus S. i. Cor. 3. v. 17.  
ad imaginem Dei conditum, Gen. 1. v. 27. expectans resurrectionem  
V. supr. concil. 1. Unde & religio dicitur à relinquendo Macrobi. 3. Saturn.  
3. quia ea loca propter sanctitatem aliquam remota & seposita, ve-  
lutiq; ab hominibus & profanis usibus relicta sunt. Statim enim  
mortuo illato, locus ille excedit ex humano commercio, huma-  
niq; juris esse definit l. in tantum. 6. §. sacra. 2. D. de R. D.

G 2

b) l.

b) *I. cum in diversis. 44. D. h. t.* Ratio est, quia sicut unius corporis una saltem est sepultura, ita una sepultura plures locos afficerre religione nequit: cumq; caput in jure nostro membrum principale reputetur corporis humani; siquidem arcis quodammodo iocum habet in humanis corporibus, ut refert *Cal. Rodgin. lib. 3. c. 23.* Iapi imis verò in eo facies est formata ad pulchritudinis cœlestis similitudinem *I. si quis. 17. C. de pœn.* & ex eo homo non vivus tantum, sed & mortuus saltem aliquo modo agnosci possit; Ideò placuit JCris; isti potius loco religionem tribuere, in quo caput, tanquam principale *d. l. 44.* quietcit. Quanquam non ignoramus, in schola Philosophorum & Medicorum de principatu capitum & cordis acrem controversiam moveri, quam illis ventilandum ac discutiendum relinquimus: nostrum est inhærente legibus, Jurisprudentum veterum vestigia non deserere, ac ratione prædicta inniti. Quod si verò caput in duas partes dissectum, illexq; in diversis locis sepulta sint, neuter locus religiosus erit. Ratio est, quia unus saltem locus esse potest religiosus *d. l. 44. pr.* Et caput dissectum caput dici nequit, neutra enim pars caput est, sed capitum pars, nec appetat amplius imago hominis, unde possit agnosciri. Imò nec ille locus, ubi altera pars major est capitum, religiosus fit, cùm etiamnum capitum forma ea divisione sit sublata, eamq; verè neq; in hac, neq; in illa parte, etiam majori, adest, certum sit.

**XXXIV.** Malè verò ex *d. l. cum in diversis. 44. D. h. t.* Interpp. inferunt, Cognitionem de homicidio, si occisus in confinio duorum territoriorum reperiatur, in dubio ad eum spectare, & competentem judicem esse, in cuius territorio caput jaceat.

*L. cūn dī-  
versis. 44. D. h. t.* Malè profectò à Sepultura (*I.*) ad Jurisdictionem infertur. Ratio est, quia *I.* in fori competentis quæstione non membrorum dignitatis, imò nec totius corporis occisi ratio tam haberur, quam potius ipsius facti sive delicti. Is enim cognoscit, in cuius territorio delictum inchoatum, aut ubi delinquens reperitur, *I. I. ibi. vel inchoata sunt, vel ubi reperiuntur. C. ubi de crim. ag.* Hoc autem ex membris dignitate nemo demonstrabit, nisi qui argumentationi à

ni à baculo ad angulum vim inferendi tribueret velit. Ratio 2. est, qua vix fieri potest, ut ubi caput reperitur, commissum p̄sumatur homicidium: cùm ex communiter accidentibus verosimilis sit, caput facilius projici, & corporis trunco immoto alium in locum provehi. Ejusdem farinæ (11.) est opinio eorum, qui ex cordis præstantia delicti principium conjectant. Ratio (1.) est, quia adhuc magna inter Medicos & Physicos de primatu cerebri & cordis est disceptatio. Quare dignitas cordis ad decisionem hanc commode allegari non potest, cum ejus, quod multipliciter possit intelligi, veritas quodammodo ignoretur, juxta Bat. in l. preib. C. de impub. & al. subst. Et tractant nostri in simili, de lege aliqua variis intellectus recipiente, quod ea ad decisionem allegari nequeat Rauubar p. 1. q. 6. n. 45. & seq. H. Pift. l. 1. q. 27 n. 5. Heig. p. 1. q. 26. n. 45. Ratio (2.) quia Jcti non interna, sed externa scrutantur auctoritate, adeoq; & hic non internus, sed externus locus inspiciens est. Nec certior est (11.) conjectura illa, quæ à pedibus sumitur. Ratio (1.) quia vulneratus non protinus tam violentia morte extinguitur, ut ne pedem quidem de loco, in quo stetit, moveat. (2.) quia, si pronus cadit, quod æquè facilè fieri potest, tunc pedes alium locum occupare frequenter solent. Imò (3.) res hæc pluribus difficultatibus involvi potest, si unus pes aliud, alter forte itidem aliud contingat territorium. Nobis itaq; in hac incidenti questione magis arridet Zasj sententia, non tam propter ipsius autoritatem (attamen quanti & qualis) Jcti Moline, in Conf. Paris. t. 1. n. 21.) quam propter juris aliquot rationes: Præventioni in casu dubio, si videlicet non constet, ubi homicidium admisum sit, locum esse. Ratio (1.) est, quia inter eos, qui pares sunt jurisdictione, præventio locum habet arg. c. cum plures. 8. de off. & potest. jud. deleg. in 6. ib. ipsorum quilibet. (2.) quia alias quicquid est in confinio, ad utrumq; confinem locum communiter pertinet, arg. 1. si verd. s. §. interdum. 2. vers. quod si ex mediano. D. de his qui dejec. vel eff. 1. in summa. 2. §. præterea. 2. D. de ag. & aquapl. arc. Atque hæc sententia fautorum est finiendarum litium: non enim debent lites propagari ut vites, l. quidam. 21. D. de reb. cred. l. properandum. 13. C. de judic.

G 3

Quid

XXXV. Quid si partus monströsus alicubi sepieliatur,  
an locus ille erit religiosus? D.

Partum monstrorum accipimus, qui contrá i. e. præter humanam naturam gignitur & procreatur l. ostentum. 38 de V.S. Monstriq; genera JCtis duos sunt: unum quod non planè alienum est à formâ humana naturali, sed vel auctius vel mutilatum in lucem prodit, quod Gædæo ad d.l. 38. ostentum in specie dicitur. Alterum ita à formâ hominis discrepat, ut illam planè non referrat, quod JCto ind. l. 28. ostentum vocatur prodigiosum, idq; propriè monstrum est, nec liberorum, nec hominum appellatione venit l. non sunt liberi. 14. in fin. D. de stat. hom. nisi in casu l. quart. 135. de V. S. Monstrum igitur prodigiosum cùm in hominum numero non sit, quia forma hominis caret, nec locum religiosum efficere poterit arg. l. 2. §. sepulchrum. 5. D. h. t. ib. corpus offavé hominu. Primi verò generis monstrum, quia formâ humana præditum, & ideo ab hominum numero non excluditur d.l. 14. & d.l. 38. utiq; religione afficit locum seu conditorum suum.

XXXVI. Religiosus autem locus non fit, quando in scio & invito domino mortuus in alienum infertur locum.

Tex. in l. invito. 2. C. h. t. Ratio est, quia per sepulturam locus religione afficitur, & tñm ita affectus commercio humano eximitur §. nullius. 7. & §. religiosum. 9. J. de R. D. At nihil æquitati magis contrarium, quam dominium invito domino auferri, §. 1. J. de his qui su. vel alie. jur. l. non debet. 74. de R. I.

XXXVII. At quid si initio dominus loci consentiat, postea verò voluntate mutata, sepulturam concedere nolit: Num locus fiet religiosus per illationem ipso dissentiente factam? A.

Tex. in §. religiosum. 9. J. de R. D. ubi perperam nonnulli Interpp. cum Theoph. particulâ, non, tollunt: Imò eā rerentâ expeditior d. §. 9. sensus est, & juris rationi optimè conveniens. Nam (i.) quid naturali æquitati magis conveniens est, quam ut amplius ne displiceat domino, quod semel placuit? l. 1. D. de pacb. c. quod semel. 21. de

de R. I. in 6. Nec (2.) cuiquam liberum est, voluntatem suam in alterius præjudicium mutare l. nemo. 75. de R. I. Quod tanto minus hic concedendum, quanto major religionis favor est arg. l. sunt personæ. 43. D. h. t. l. 1. §. 6. D. de mort. infer. Nequè est, quod quidam putant. JC. Marcianum in l. in tantum. 6. §. 4. vers. sed & D. de R. D. aliter sentire: quin potius Imperatori Justin. planè consentit. Respondet namq. in d. vers. sed & quòd, si domino consentiente mortuus illatus sit, locus hat religiosus: neq; mutationem voluntatis in verb seqq. permittit. In fin. enim d. l. 6. de eo agit, qui mortuum intulit inscio primum, sed postea ratum habente dominio loci: & decidit, locum fieri religiosum. Et rectè: Ratio est, quia ratiabitio retrotrahitur ad initium illationis sive sepulturæ arg. d. l. donationes. 25. ir. fin. C. de don. int. vir. & ux. l. licet. 56. D. de judic. l. fin. C. ad SC. Maced. Nullibi ergo JCtus in d. l. 6. contradicit Imperatori in d. §. religiosum. 9.

XXXIX. Cenotaphium verò nulla religione afficitur, mortuō in sepulchrum illatō.

*Tex. in l. vel quod. 6. §. si adhuc. 1. D. h. t.* Ratio est, quia Cenotaphium est inane sepulchrum h. e. nudum monumentum, quod memoriarum tantum causa extrinxit, & in quo nondum quisquam humatus est l. monumentum. 42. D. h. t. Religiosus autem locus is sit, in quem cadaver illatum est d. l. 42. l. 2. §. sepulchrum s. D. h. t. Olim quidem JCto Marciano, qui vixit sub Caracalla, aliud placuit in l. in tantum. 6. §. cenotaphium s. fin. D. de R. D. Ratione fortè hac, quòd sufficiat in memoriam humanæ conditionis factum esse, & vel sola religionis imago habeatur pro religiosa. Divi tamen fratres, Antonius & Verus contra rescripserunt, ut ad Marcianum subjungit Ulpianus in l. sed Divi fratres. 7. D. de R. D. ex ratione prædicta, quod ipsa illatio requiratur d. l. monumentum. 42. ne res humanæ adeo facile commercio hominum eximantur.

XXXIX. Neq; eum tribuimus sepulturæ effectum, ut inducat præsumptionem hæreditatis aditæ, ita ut hæres institutus per sepulturæ officium hæreditatem adjisse, dici possit.

*Tex. in l. scriptus 4. D. h. t. Et in l. pro hærede. 20. §. sed & qui. 3. D. de aug. hær. ubi Ulpianus Juliani, contrâ scribentis, sententiam rejecit, &*

Papi-

Papiniani, tanquam humaniorem approbat. Ratio est, quia funerare mortuos propter utilitatem publ. cuivis permisum est, arg. l. sunt personæ. 43. v. nam propter publ. utilitatem D. b. t. etsi hæres non sit, nec quicquam ex hæreditate speret. Potius namq; funerans pietatis vel humanitatis officium sequi, aut negotium defuncti vel hæredis gerere, quam hæreditatem adire videtur arg. l. & si quis. 14. §. sed interdum. 7. D. b. t. Liberos quidem olim sic protestari solitos esse notat JC. in d. l. pro hærede. 20. §. & ideo. 1. D. de acquir. her. Quò etiamnum Bart. quoq; & hodiè inclinate videtur, suadens interponi protestationem ad d. l. scriptus. 4. n. i. Sed neq; protestationem in d. l. 20. §. i. JCtus suadet, neq; necessitatem aliquam præsertim extraneis imponit: quare protestatio est frustranea, cùm satis hodiè perspicui textus in hanc rem extent d. l. 4. D. b. t. d. l. 20. §. i. D. de acquir. her.

XL. De Thesauro in loco religioso invento, cui nimis cedat, mira Dd. est altercatio, adeò, ut Duar. c. 41. de acqu. rer. dom. majus id esse dissidium, quam ut ulla distinctione sedari queat, dicere non erubuerit. Dist.

Aut locus religiosus est Proprius: Et thesaurum casu fortuito repertum inventori totum adjudicamus: Aut locus religiosus est Alienus: Et pro parte saltem dimidia ei tribuimus. De loco religioso proprio, puta suo, aut majorum suorum, accipimus, §. thesauros. 40. J. de R. D. Ratio (1.) quia id probant initialia verba d. §. 40. ib. in loco suo. (2.) quia conjunguntur sequentia: Idem Divus Adrianus statuit, si quis in sacro aut religioso loco, scilicet suo, inveniret. (3.) quod præcedentium hic sit sensus, probant sequentia: ai si quis in alieno. Et suadet (4.) t. t. de R. D. ubi de rebus potissimum privatis tractatur. Estq; hoc casu pro inventore (5.) ratio, naturalis æquitas d. §. 40. ib. naturalem æquitatem securus. siquidem ea quæ nullius sunt, qualis est etiam thesaurus l. nunquam. 31. §. 1. ibi: sic enim fit ejus. D. de acq. rer. dom. naturali ratione occupanti conceduntur l. quod enim. 3. l. ergo. 30. §. si pilas. 4. D. de acquir. rer. dom. §. fera. 12. vers. quod enim ante. J. de R. D. ut & æquitas in eo est, quod ejus esse thesaurus præsumitur, in cuius fundo delituit, maximè si fundus pater-

paternus & virtusq; ei fuerit l. à tute. 67. D. de R. V. Et quamvis (6.)  
 res religiosa in nullius sint dominio §. nullius. 7. J. de R. D. nihil  
 minus veteres eum locum religiosum suum nominabant, in quo  
 quis jus quoddam privatim, non alias habet, numinis colendi &  
 mortuos suos colendi causâ §. religiosum. 9. J. de R. D. Unde talia  
 religiosa loca ad privatos propter jus mortui inferendi pertinen-  
 tia, fundis nostris accedere intelliguntur l. in modicis. 24. D. de contr.  
 emt. & cū univ. sitate transeunt l. quædam. 62. D. de acq. rer. dom. De lo-  
 co feligioso Alieno intelligimus placitum D. fratum Veri & An-  
 tonini in l. intelligitur. 3. §. si in loca fis. 10. D. de jur. fis. sub hoc enim  
 tit. de rebus agitur alienis. Ratio verò pro fisci dimidia parte est  
 (1.) si locus sit fiscalis & ita alienus, tūm quia Cæsar non debet esse  
 deterioris conditionis, quām quilibet privatus, sunt enim res fi-  
 scates quasi propria & privata principis l. prator. 2. §. hoc interdiū.  
 4. D. ne quid in loc. publ. tūm quia fiscus inde ladi videtur, quod pe-  
 cunia tam diu ignorata & otiosa in terra delituit, multumq; eam  
 ob causam collationibus publicis decepsit. (2.) si locus sit publi-  
 cus, ratio dimidijs est, quia cum Cæsar superioritatis jus & Jurisdictionem  
 retinet, d. l. 2. §. merito. 10. ibi. & ita solet princeps in publico  
 permittere. D. ne quid in loc. publ. merito etiam partem thesauri fisco  
 inferri, jubere potest. (3.) Si locus deniq; sit religiosus, ratio fi-  
 scalis dimidijs est, quia religiosorum locorum cura ad principem  
 spectat l. offa. 8. D. b. t. l. hereditas. 50. §. 1. D. de her. per. E. & aliquod  
 præmium, casu itaferente, expectabit. Sive igitur loca hæc sint  
 fiscalia, h. e. quæ competunt Cæsari, ut Augusto, in quem Popu-  
 lis omne imperium transtulit, sive sint publica, sive religiosa,  
 h. e. quæ antea vel fiscalia vel publica fuerunt, & nunc facta sint  
 religiosa, in quibus non privatis, sed Cæsari condere licet mor-  
 tuos, sive sint monumentis destinata, h. e. Mausoleis Imperato-  
 ris; satis est, ea esse aliena: Et tūm dimidium Cæsaris fiscus habe-  
 bit. Ratio generalis (4.) addi potest, publica utilitas. Hac enī in  
 ratione sine ullâ ferè injuriâ ac damno subditorum fisci patrimo-  
 nium augetur, ex re nimirū nullius: quod bono principi omni-  
 nō licere, ex ijs liquet, quæ adducit M. Steph. tr. de jurud. l. 2 p. 1. c. 7.  
 n. 444. Confirmat hoc fisci jus & placitum D. Fratium. (5.) imp.

**Fridericus 2. F. 56.** Jute Canon. dimidium thesauri in loco religioso inventi, non amplius fisco, sed Ecclesiæ cedit. Ratio est, quia jure Can. loca religiosa non amplius sunt in nullius bonis, verum ad patrimonium Ecclesiæ pertinent, c. Ecclesia S. Mariae. 10. extr. de consit. c. ut super. 8. & t. t. extr. de reb. Eccles. alien. c. 1. vers. fin. ib. omnia perpetuè sanctificentur. extr. de succeſ. ab intef. c. non placuit. 23. c. laicis. 24. 16. quæſt. 7. ubi res Ecclesiastica sine consensu Ecclesiæ alienari non posunt.

**XLI.** Actiones sepulturæ occasione proditæ sunt octo potissimum, quarum tres ipsum funus & jus sepeliendi tueruntur, quatuor sepulchra, octava vero sumptus seu impensas in funera aliena factas repetit & persequitur. Ipsius funeris a) nomine prodita est (1.) Actio in factum de funere ducendo. b)

a) Dictum esse Funus quidam existimant a funibus, quod cadavera cum reconducentur, funibus devinciri consueverunt. Alij a funeralibus dictum funus credunt, quod incensi funes mortuis præferrentur, noctu enim cadavera efferti solitum erat: Quæ probabilior ratio. Hinc enim & Vespillonum nomen descendit, quod corpora pauperum funeranda vespertino tempore olim efferten.

b) Hæc a Prætore inventa (1.) Ei competit, qui impeditur mortuum inferre in eum locum, quo inferendi jus habebat l. off. 8. s. ei qui. s. in fi. D. h. t. ejusq; hæredi. Ratio est, quia est rei persecutoria l. liberum. 9. circ. fin. ib. nam ut apparel. D. h. t. (2.) Adversus injuste prohibentem, ejusq; hæredem arg. d. l. 9. & persequitur hæc actio (3.) id, quanti funus ducentis interest, se si non impeditum fuisse: quo pertinet & loci pretium, in quem interea intulit, & quicquid amplius occasione ejus impendendum fuit d. l. liberum est 9. Miratur autem non immerito Ictus Gaius, ut hoc obiter inferamus, in d. l. 9. ibi: unde miror. quæ sit, quod quibusdam constare videatur, neg. hæredi neg. in hæredem dandam esse hanc actionem; sed soli prohibito contrâ solum prohibentem: Ratio enim prædicta juris suadet, hæredi dandam eam esse; quod sit rei persecutoria: Sed & in hæredem competere, urget juris illa ratio, quod perpetuò competat

L. liberum  
est. 9.

204.

petat d.l. 9. ibi. certè perpetud. l. is qui. 7. pr. l. si filiusam. 31. §. hac actio.  
2. D. b. t. Diss. Cujac. 8. obs. 12. qui exemplum hic reperiri ait l. non  
omnium. 20. D. de ll. Aliter A. Fab. in ration. ad d.l. 9. qui tamen in eo cum  
Cuj. consentit quod neq; hæredi, neq; in hæredem detur hæc actio.

XLII. (2.) Actio est, Interdictum de mortuo inferendo, quo Prætor funus ducenti, quod minus ad locum destinatum accedat, vim fieri vetat.

Invenit (1.) Prætor hoc interdictum tūm in favorem religionis l.i. §. interdictum. 6. D. de mort. infer. unde interdictum de religione appellatur in l.e. §. i. D. de interdict. tūm etiam ob utilitatem publicam, ut eō facilius & maturius cadavera sepeliantur, tūm & in favorem ejus, cui jus sepulturæ competit, ut conservet possessionem. Et (2.) concurrit hoc interdictum cum actione præcedenti l.offa. 8. §. fi. & l. 9. D. b. t. de relig. & t. t. D. de mort. infer. Ac (3.) competit domino proprietatis l.i. §. hoc interdictum. 2. D. de mort. infer. Ratio (1.) quia cum dominium loci ad proprietatem spectet, utiq; naturaliter locus sepulturæ ad ipsum spectare videtur l. scriptus. 4. D. b. t. de relig. & sumit. (2) quia pugnat hīc maximē sepulturæ ratio, quam publica utilitas exigit & religionis favor, qui efficit, ut in ambiguis religionum questionib. stricta ratio in super habeatur ac planè omittatur l. sumit persone. 4. 3. D. d. t. Illud vero (4.) inter hæc duo remedia interest, quod illo persequimur id, quod nostrā interest: Hoc verò intendimus, ut liceat nobis in illum, quod destinavimus, locum inferre mortuū d.l. offa. 8. §. fi. cum l. 9 seq. D. b. t. Concurrit deniq; cū utroq; hoc remedio L. Julia de Vi publical. quod cætu. s. pr. D. ad L. Jul. de vi publ.

XLIII. Pertinet huc privilegium illud funeris, quod cadaver debitoris defuncti ob æs alienum arresti nexus retardari prohibetur.

Tex. (1.) in l. cum sit injustum 6. C de sepulch. viol. ubi injustum, nostris temporibus alienum, injuriosum & penitus prohibitum dicitur, ob debitum defuncti, sepulturam ejus impediri. Juncta Aut. item qui domum, ibid. ex Nov. 60. c. 1. ubi novissimè hæc constituitur in hujusmodi inhumanos credidores poena, ut præter debiti jacturā, tantundem hæredibus solvant, quantum debitum fuit, & tertia bonorum parte publicatā, perpetuum infamia notam incurvant. Ratio additur in d. c. l. in fin pr. Qui enim hominis naturam non

erubuit, dignus est, & pecunijs & gloria & alijs omnibus conde-  
mnari. Eadem hæc prohibitio repetitur, in Nov. 175. c. 5. §. 1. (2.)  
arg. tex. in l. ne corpora. 38. D. de relig. & l. prætor. 3. §. non perpetua. 4. D.  
de sepulch. viol. ubi corpora aut ossa mortuorum detineri aut vexari  
non debent: Quod sanè fieret arresto permisso. Est enim arre-  
stum talis vexatio, quā etiam defuncti fama suggillatur. Ratio  
(3.) est, quia publica suadet utilitas, ne insepulta diu jaceant ca-  
davera, & ex illorum putrefactione factor noxious excitetur ac pe-  
stiferi humores progenerentur arg. l. sunt. persona. 43. D. de relig. (4.)  
quia mortuus amplius nihil debet, sed debuit, siquidem morte  
ejus, quo ad ipsum cadaver, soluta est obligatio.

**XLIV.** Non incommodè & illud privilegium hoc ac-  
commodari potest, quod exequias funeris prosequenti in-  
dultum, ne videl, in Jus trahatur.

Tex. in l. in jus. 2. in fin. & seq. 3. D. de injus voc. Ratio est, favor  
& honor sepeliendorum, ne funebris actus celebritas actoris im-  
portunitate turbetur, ipse enim mortuus quodammodo contu-  
meliā afficitur, quando comes ejus obtorto collo in jus rapitur.  
(2.) quia exequias funeris cohonestare, pietatis est officium, ideo  
ipsa religionis ratio pro his, qui sepeliendos comitantur, pugnare  
videtur. (3.) hinc etiam excusatur is a pena Edicti, Si quis cautio-  
nibus &c. qui funeri doméstico operam dans in judicio die statā  
non comparet l. sed &c. 4. §. præterea 2. D. si quis caut. in jud. fift. &c.

**XLV.** (3.) Actio, quæ adhuc ipsius funeris intuitu in-  
troducedta, est actio in factum a) de funere in locum alte-  
rius illato. b)

a) In factum actio dicitur l. 2. §. qui mortuum. 2. D. b. i. quia factio  
inferentis damnum passus est, cum ejus locus religiosus evaserit,  
& ob id sit ab ejus dominio exemptus, cum religiosa res in bonis  
nullius esse intelligantur §. nullius. 7. J. de R. D.

b) Quæ itidem Prætoria est (I.) ei competens, in cuius locum  
purum vel etiā religiosum (quo casu & sepulchri violati actio da-  
tur arg. l. prætor. 3. §. si quis. 3. D. de sep. viol.) sine ipsius consensu cadaver  
humanum illatum est: Nec refert (II.) an proprietatem loci  
istius actor habeat, cui tamen ex Edicti verbis hæc actio competit  
pro-

propriè l. 2. §. 1. ibi: apparet de domino eum sentire. D. h. t. an jus saltem,  
 quod per sepulturam deterius fiat: hinc & ususfructuario, & ei,  
 qui servitatem in loco isto habuit, Ulpianus ex Edicti interpreta-  
 tione concedit hanc actionem l. offa. 8. §. nec solum. 4. D. h. t. Ratio  
 (1.) est, quia quamvis domini non sint ipsius rei, juris tamen in re  
 dominiana penes eos est, arg. l. semper. 15. §. ergo. 8. D. quod vi aut clam.  
 (2.) quia, si locus per religionem divini juris fiat, tollitur istius lo-  
 ci servitus & ususfructus citra consensum ususfructuarij, & ejus,  
 cui servitus debetur, quod certe iniquum l. non debet. 74. l. factum.  
 155. de R. I. Non vero (III.) bona fidei possessori d. l. 2. §. 1. vers.  
 sed hic sermo. Ratio est, quia soli domino competit d. §. 1. qui au-  
 tem dicit se bona fidei possessorem, dicit, se non dominum esse,  
 qui tamen se dominum putet, & putandi causam probabilem ha-  
 beat, quamvis quoad fructus bona fidei possessor penè loco do-  
 mini sit l. bona fidei. 48. D. de acq. rer. dom. Competit (IV.) adversus  
 eum, qui jus inferendi non habuit l. 2. §. prætor. 2. D. h. t. ejusq; ha-  
 redem l. si qui. 7. D. h. t. An (V.) & contra socium? Videntur  
 actiones familiæ erciscundæ, vel communi dividendo tanquam  
 judicia bona fidei sufficere l. locum. 2. §. 1. vers. an & socius. D. h. t. Sed  
 refragari videtur l. si quis 6. §. si quis. 6. D. comm. divid. A. Fab. quidem in ra-  
 tional. add. l. 2. §. 1. vers. an & socius. D. h. t. pugnam hanc ita explicare  
 conatur: ut si nolit socius neq; familiæ ercisc. agere, forte ne actio-  
 nem illam consumat, quæ non nisi semel exerceri potest, l. si filia.  
 20. §. familia. 4. D. fam. ercisc. neq; communi dividendo, forte, quod in h. t.  
 communione persistere malit, danda sit ei actio in factum l. si quis.  
 6. §. si quis. 6. D. comm. divid. Ideoq; videatur etiam Ulpianus in d. l. 2.  
 §. 1. vers. an & socius: sic locutus: convenire eum posse; non, debere A. Fab. in  
 rational. ibid. Verum nobis Fabriana hac non arrident: Sequimur  
 potius Joh. Bapt. Afin. add. l. 2. §. 1. vers. an & socius. n. 12. & seqq. qui ait,  
 Ulpianum ut alibi, ita & in hac questione veterum Iuctorum sententias reuulisse,  
 atq; ita Trebatij & Labeonis opinionem recitari ab Ulpiano in d. l.  
 6. §. 6. qui putarunt, in factum actione agendum esse; eam vero  
 non approbari. At in l. 2. §. 1. vers. an & socius. D. h. t. Ulpianum ve-  
 riorem sententiam subiucere, & comprobare lb. est tamen verius.  
 atq; ita Ulpianum ostendere voluisse, in utroq; textu, usq; ad il-  
 lam diem sub judice item fuisse, in factumne agi oporteret, an

familia erciscundæ; communivē dividundo. Quæ decisio ed  
magis h̄c amplectenda, cum in d. l. 2. §. 1. vers. an & sociis, ubi de  
religiosis & sumtibus funerum tractatur, verè locus sit hujus al-  
tercationis, & sedes ordinaria habeatur. Tendit (V I.) in id, ut  
vel cadaver rursus tollatur, vel pretium justum solvatur l. i. qui im-  
sulit. 7. D. h. t. Sed & pœnam pecuniariam per equitur l. 2. §. præ-  
tor. 2. D. h. t. Ratio est, maximè quoad locum religiosum, quia  
cum in locum jam religiosum alterius cadaver illatum est & loci  
religiōsi estimatio haberi nequeat, quia divini juris factus, ideo  
pœna in locum pretij succedit. Dis. A. Fab. in ratione ad d. l. 2. §. 2. refe-  
rens illa verba: *pœna pecuniaria*: ad actionem de sepulchro viola-  
to, quæ concurrere solet d. l. 3. §. D. de sepul. viol. atq; ita non Præ-  
toris sed Ulpiani verba esse, pro more conjectat. Estq; (V I.)  
Perpetua, hæredi & in hæredem competens d. l. i. qui 7. D. h. t.  
Unde & hæc actio aliquid peculiare habere videtur, quod licet  
pœnalis sit, in hæredem tamen detur contrà l. i. §. 1. l. de eo. 18. D.  
deposit. l. constitutionibus. 33. D. de O. & A. §. 1. f. de perp. & temp. act. Ra-  
tio autem specialitatis videtur hæc esse, ne tam facile res com-  
mercio humano eximantur. Vid. supr. concl. 36.

XLVI. Quid si cadaver in loco publico reconditum  
sit absq; permisso superioris? D.

Aut enim dolo quis intulit, & extraordinariè à prætore &  
quidem leviter punitur, l. offa. 8. §. si in locum. 2. D. h. t. Ratio est,  
quia licet res publicæ jure civitatis ad omnes & singulos quoad  
usum simul spectent, non tamen illis dolosè uti licet, atq; ita ut  
alij impediantur l. ex quo. 12. §. nulli. 3. C. de adif priv. At utiq; in-  
juria cuiilibet de populo fit, dum cæteri impediuntur, eorumq;  
conditio deterior fit, quando pro cujusq; lubitu & dolo loca pu-  
blica religione privata funestantur, atq; sic commercio humano  
eximuntur. Aut sine dolo intulit, & absolvendus est. Ratio est,  
quia aliquod jus in loco publico ob usum communem habet,  
qua etiam ratione à locis publicis privata distinguuntur, in qui-  
bus inferens nihil planè juris habet, quocircā & indistinctè  
tenetur ad loci pretium & omne interesse atque pœnam, supr.  
concl. præced.

Quâ

XLVII. Quā occasione quāri potest : An Cadaver, in loco privati tanquam alieno sepultum, is, ad quem locus spectat, privatā authoritate eruere possit? N.

Tex. in l. ossa. 8. in pr. D. h. t. Ratio (1.) est, utilitas publica, publicē quippe interest, ne quis in sua causa judex sit t. t. C. ne quā in su. cau. jn. ne occasio sit majoris tumultus faciendi, l. non est singulis. 186. de R. l. (2.) favor religionis, quæ sepulchorum ossa moveri prohibet 2. Reg. c. 23. v. 18. ubi Rex Josias ait: *Dimitte eum quiescere, nemo commoveat ossa ejus.* Piaculum enim visum fuit veteribus, & quandoque capitale, aperire sepulchra in perpetuum clausa, & mortuum solis radijs ostendere l. rei. 11. fin. D. de sepul. viol. domos mortuorum violare, corpora contrectare arg. l. qui sepulchra. 4. l. pergit. 5. C. de sep. viol. eosq; inquietare aut ullo modo vexare l. ne corpora. 38. Et l. divi. 39. D. b. t. ut potè qui mundanis molestijs defuncti sunt. Sic culpat in Cambyse Herod. in Thalia, quod vetusta aperuerit sepulchra & confixerit in illis jacentia cadavera mortuorum. Quare etiam actio injuriarum adversus moventem conceditur in d. l. ossa. 8. in pr. l. i. §. quotiens. 6. D. de injur. Hinc etiam sacram defunctorum quietem & securitatem vocat sepulturam, ac tempora quietis Casiod. 6. var. 8. Et hanc quietem tranquillitatemq; veteres optarunt, dedicando monumenta sua Perpetuae Securitati, ut pañim videre est; & varias deprecations & imprecations inscribendo, veluti: *Rogo per Deos Stygios, ossa nostra, quisquis es homo, non violes:* Item: *Quisquis es homo, & vos sodales meos rogo per Deos superos inferosq;, ne velitis ossa mea violare:* Item: quietem posteri ne invideant, qui secus, manes sentiat iratos, &c. Freher. l. 1. parerg. c. 23. Eoq; intuitu fortè Imperator Constantius nominat sepulchra domos defunctorum, in l. qui sepulchra. 4. C. de sepulch. viol. nimis uti domus sua cuiq; tumultum debet esse refugium l. plerig. 18. D. de in jas voc. ita & sepulchrum. (3.) quia ne quidem ipse inferens sine consensu principis aut Pontificum, corpus illatum extrahere potest, d. l. divi. 39. D. b. t. l. nemo. 14. C. eo. eò quod sepulchra sint in eorum tutela d. l. ossa. 8. l. cum in diversis. 44. §. 1. ib. impetratur. D. b. t. l. si in eo. s. §. 1. D. de mort. infer. l. hereditas. 50. §. 1. In fin. D. de hered. pet. qui

qui tamen & ipsi non nisi ex justa causa translationem corporum concedere solebant. Justa autem causa erat, si quis ex patria & longè à patrio vel familiari sepulchro conditus, illic reportandus esset. Nihil enim tam amicum & optatum, quam in patrio, avito, familiari sepulchro condi. Freher d. l. c. 23. Ex hisce inferri re-  
cte potest: *Si occisus in alio territorio sepultus sit, quam ubi homicidium est admissum, dominum istius territorij cogi non posse, ut extrahat corpus, & ad fororum delicti transmitat.* Ratio est ex prædictis, ut evitetur vexatio corporis humani. Deian. tr. crim. tom. 2. lib. 6. c. 40. n. 14. Sufficiunt verò eo casu literæ Reversales, danda ab eo, in cuius territorio ca-  
daver humatum est; illi in cuius territorio cædes facta est, quod per hanc sepulturam ei in jurisdictione sua nullum præjudicium sive incommodum illatum sit.

**XLIX.** (4.) Actio sepulturae occasione prodita, & quidem pro ipsis sepulchri religione defendenda competens, est Interdictum de Sepulchro ædificando.

Ea jam olim religio incepit veteres, ut etiam sepulchris ve-  
nerationem aliquam in honorem defunctorum exhibuerint; hinc  
perpetua memorie causa, monumenta varia eaq; magnifica sæpè  
extruxerunt atq; exornarunt. Eamq; ob causam hoc remedium  
inventum fuit, quô compescitur eorum invidia & malitia, qui  
monumenta extructuris quoquo modo impedimenta obijcere  
ausint, l. i. §. interdictum. 6. D. de mort. infer. Ratio in d. §. 6. innuitur,  
quia religionis interest, ut ea nempe defendatur. Competit au-  
tem non solum ei, qui novum extruit, sed & ei, qui vetus colla-  
psum reficit l. i. §. edificare. 9. D. de mort. infer. dummodo si cadaver  
illatum sit, ab ijs, ad quos cura sepulchrorum spectat, veniam re-  
ficiendi impetraverit arg. l. cum in diversis 44 §. 1. D. b. i. & l. si in eo 5. si. §. 1.  
D. de mort. infer. Quia tamen impetratio, si monumentum, ante-  
quam inferretur mortuus, inchoatum, adhuc perficiendum  
sit, opus non est d. l. si in eo 5 fin. in pr. D. de mor. inf. Ratio diversitat-  
is est, quia monumenti puri structura initio planè non pertinet  
ad curam Pontificum, & qui hodiè illorum loco sunt, sed in mero  
arbitrio ædificantis consistit; facilius itaq; permititur, ut ea ad  
finem perducatur, quamvis interea locus religiosus fiat, ne reli-  
gio impedit videatur, quod religionis causa inchoatum est. Nec  
novum

202.

novum est, ut quæ utiliter cœpta, non vitientur, licet in eum casum recidant, à quo incipere non poterant *l. in ambiguis 85. §. 1. de R. I.* Ubi verò opus perfectum & religiosum factum, meritò eorum consensus expectandus, quorum curæ ejusmodi res sunt commissæ.

**XLIX.** Similiter (5.) sepulchrorum religionem vindicat Interdictum : Ne quid in loco sacro fiat : Et (6.) Actio sepulchri inhabitati.

Ratio utriusq; eadem est, quæ in *preced. concil.* allata fuit, nempe humanitas & religionis favor *l. 2. §. 1. D. de interdict.* arg. *l. i. §. interdictum. 6. D. de mort. infer.* Tanta enim religionis opinio priscorum animos imbuīt, tantaq; manibus defunctorum reverentia jam olim habita fuit, ut nihil magis exhoruerint, quām quicquam admittere, quo vel manes turbarentur, vel honestè defunctorum memoria suggillaretur : eaq; de causa nec ædificia ponī, nec quicquam aliud in sepulchris fieri voluerunt, quo fortè illa deformarentur. Hinc inventum est à Prætore Interdictum: Ne quid in loco sacro religioso fiat *t. t. D. ne quid in loc. sacr. juncta l. i. §. 1. D. de nov. op. nunc.* ubi expressè particula illa (*religioso*) adjicitur : & sic, quod fortè à Triboniano neglectum, *in d. tit. ne quid in loc. sacr.* id ex *d. l. i. §. 1.* resarciri & restituti rectè poterit. Tunc autem demùm hoc interdictum locum habet, quando deformitatis causa aliquid in loco religioso fit *arg. l. i. §. quod ait prator. 2. l. in muris. 2. D. ne quid in loc. sacr.* Eoq; tendit, ut vel ne quid fiat, vel factum removeatur, ac sepulchrum pristinæ suæ cause restituatur *d. l. i. D. ne quid in loc. sacr. l. i. §. interdictum. 1. D. de interdict.* Atq; hoc interdictum generale est: Specialior est actio sepulchri inhabitati *l. prator ait. 3. in pr. vrs. si quis. D. de sep. viol.* eaq; popularis est *d. pr. & §. si quis. 6. d. l. 3.* & adversus eum datur, qui vel in loco religioso habitare aut saltem ædificium qualecunq;, sepulchro non conveniens, dolo malo extruere ausit *d. l. 3. pr.* Poena, quam hæc actio persequitur, est 200. aureorum *d. l. prator ait. 3. in pr. d. t. de sep. viol.*

**L.** (7.) Actio, quæ itidem sepulchrum ipsum tuetur, est *tit. D. & C. de sep. viol.*  
actio de sepulchro violato.

I

Ratio

Ratio (I.) Actionis hujus sicut ex eodem humanitatis ac pie-  
tatis fonte, ex quo superiores. Nihil enim hostilius visum sicut ve-  
teribus, quodq; ad sacrilegium propriū accederet, quam vexare  
& violare corpora defunctorum eorumq; dormitoria l. pergit s. C.  
b. t. l. ne corpora. 38. D. de relig. summaq; immanitatis ac sceleris esse,  
dixere, quietem in terra sinu sepultis invidere l. nemo. 3. C. de Epis-  
t. aud. Competit (II.) ei, ad quem sepulchrum violatum pertinet,  
quo deficiente, cuivis ex populo agere permittitur, unde popula-  
ris dicitur l. prator. 3. in pr. §. qui de sepulchri. 8. & §. si ad plures. 9. l. se-  
pulchri 6. D. de sep. viol. l. qui sepulchra. 4. C. eod. Adversus (III.) eum,  
qui vel sepulchra tantum aut monumenta dolo malo violat, ac  
spoliat quocunq; modo, vel etiam ipsa corpora simul contume-  
liosè extrahit, vexat, ludit. d. l. prator. 3. in pr. §. 1. §. adversus. 7. l. rei  
11. fin. D. b. t. l. qui sepulchra. 4. l. peregit. 5. C. eod. Poena (IV.) varia,  
& quidem graves in temerarios sepulchorum violatores inventa  
ac sanctae extant. A Pratore (I.) inventa est pecunaria poena  
l. de sepulchro. 9. D. b. t. Quia regulariter 100. aureorum est, d. l. prato-  
r. 3. & infamiam irrogat l. i. D. b. t. Quod si is agit ipse, ad quem  
ea res pertinet, sive cui jus sepulchri competit, ex æquo & bono  
judex reum condemnat l. quasitum. 10. D. b. t. Non tamen inde eam  
bonæ fidei esse rectè colligitur Vid. Cajac. ad d. l. quasitum. 10. lib. 8.  
quasit. ad Papin. fol. 179. Habetur itaq; simul ratio tūm ejus, quod  
interest, & damni accepti ex parte actoris: *injuria siquidem defundit  
ad familiam & successores quog, spectat l. i. §. & si forte. 4. D. de injur. tūm  
lucri percepti ex parte Rei, nec non temeritatis ejusdem h. c.  
ipsius sceleris, quatenus Remp. simul concernit & commōdum  
publicum ludit, d. l. prator. 3. pr. & §. qui de sepulchri. 8. d. l. quasitum. 10.  
D. b. t. Nunquam tamen condemnatio infra 100. aureos fieri  
potest, d. §. qui de sepulchri. 8. Qūstio hīc incidit difficilis: An  
poena hāc ex populari actione descendens, actori, non fis-  
co applicanda sit? Totam accedere actori, non dubitamus. Ra-  
tio (1.) quia interesse privatum simul persequitur actor, d. l. prato-  
r. 3. §. 8. ib. vel ex damno quod contingit. (2) quia poena fisico applic-  
anda expressè separatur ab hāc in l. qui sepulchra. 4. C. b. t. (3) quia  
in omni populari actione per litis contestationem actor fit credi-  
tor*

tor l. ut si cui. 12. vers. quod si ex populari. de V. S. E. huic potius addicenda, nisi ubi expressa lex contrarium disponit. Alia (2.) à Constantino imp. poena pecunaria inventa est, quæ fisco cedit in l. qui sepulchra. 4. ibi: viginti pondo auri. l. si quis. 3. ibi: viginti librarum auri. C. b. t. quæ l. 3. confirmat lectionem Basile. in d. l. 4. Eaq; minimè collit prædecentem prætoriam; sed illi accedit d. l. qui sepulchra. 4. ib. sive quis propria. Imò ne quidem capitali præjudicat d. l. 14. Ibi nihil derogatum est illi supplicio. Ratio hujus cumulationis poenarum ab atrocitate & immanitate sceleris dependet, quam innuit Imperator in d. l. 4. & 5. Eamq; adhuc obtinere putamus. Ultimi supplicij poena (3.) in l. si. D. b. t. constituitur in eos, qui sepulchra violent, cadavera extrahunt & abiiciunt, si sunt humiliores: honestiores verò deportantur. Qui tantum sepulchra violent, arbitrariè puniuntur d. l. fin. ib. alias autem. Qui verò spoliant tantum corpora sepulta, si quidem vis armata adhibita, etiam ex Const. D. Severi capite plebentur l. prætor. 3. §. adversus. 7. D. b. t. fin nulla vis adhibita, poena arbitriaria itidem est, & extenditur usq; ad poenam metalli d. §. adverso. 7. Mitius igitur puniuntur, qui tantum spoliant cadavera sine vi, quam qui simul insepulta relinquunt d. l. rei. n. si. Atq; sic conciliari fortè possunt d. l. rei. si. cum d. l. prætor. 3. §. adversus. 7. Convenit Const. Elec. 34. p. 4. de qua infra in concl. 52. Postea poenam (4.) sacrilegij etiam imp. Julianus ad hoc delictum extendit in l. pergit. 5. C. b. t. Cui adstipulatur jus Saxon. lib. 2. Landr. art. 13. quem tamen artic. restringit Coler. i. decis. 147. n. 2. Deniq; (5.) concurrit Interdictum, Quod vi aut clam l. si sepulchrum. 2. D. b. t. l. u. qui. 11. §. si quis. 2. D. quod vi aut clam. Item (6.) actio injuriarum l. si statua. 27. D. de injur. Varietas verò harum poenarum partim ex religionis favore, partim temeritatis hujus odio dependet.

L. I. Qua poena afficiendi, qui cadaver nondum sepultū, lœdunt, putà vulnerando, mutilando, & brachium vel caput abscindendo? De homicidio non tenentur: a) Neq; de vulnere; b) sed actionem injuriarū hīc obtainere statuimus. c)

a) Ratio est, quia Lex Cornelia de seicar. loquitur de vivis hominibus; homicidium enim vix committitur in corpus exanim. P. t. D. ad L. Corn. de sic.

b) Ratio est, quia L. Aquiliç caput primū expressè de vivo homin

occiso, & illo quidem servo loquitur l. 2. pr. D. ad L. Aquil. pr. I. ev.  
tertium caput quidem res simul inanimatas comprehendit, sed  
eas, quæ nunquam animatae fuerunt, & æstimationem recipiunt,  
§. capite 13. l. de L. Aquil.

c) Ratio est, (1.) quia vulneratio & mutilatio malitiosa in injuriam vergit cadaveris l. 1. §. & si forte. 4. ib. cadaveri defuncti fit injuria, & §. quotiens. 6. D. de injur. §. 1. in fin. J. qui & ex quib. cau. manum. (2.) quia actio injuriarum locum habet, si statua defuncti læditur l. si statua. 27. D. de injur. multò magis igitur, si ipsum cadaver violatur. Videlicet insuper & pœna arbitrariæ locus esse, propter religionem violatam arg. l. ne corpora. 38. D. de relig. & sumt.

L II. Quomodo puniendus, qui spoliavit cadavera sepulturorum?

Ex Const. D. Severi in l. prator. 3. §. adversus. 7. D. h. t. de sep. viol. qui vel prima vice cadaver spoliat, si quidem vi armata, capite plectitur. Ratio est, quia hic incidit in L. Julianum de vi publ. l. se-pulchri. §. D. h. t. de sep. viol. cuius pœna capitalis, si effractione vel spoliatio, ut hic, accessit l. hi qui ades. i 1. D. ad L. Jul. de vi publ. d. l. 3. §. 7. si vero sine armis spoliat, arbitrariæ pœna afficitur, quæ extenditur usq; ad pœnam metalli d. l. 3. §. adversus. 7. Convenit cum hac Imperatoriæ Constit. quoad prius vis armata membrum Elector. Const. Saxon. p. 4. c. 34. In posteriori vero iterum distinguit: si absq; armis corpus iterum sepultum est, nec sapientius commissum hoc crimen, fustigationis pœna spolianti irrogatur: Si vero inseptum relinquitur, vel sapientius crimen hoc admissum est, vel similis circumstantia se offert, quæ delictum auger, pœna capitalis est: Ibi: Es were dann. Ratio hujus distinctionis est, (1.) frequentia & iteratio delicti, quæ auger pœnam arg. l. capitalium. 28. §. solent. 3. ib. scilicet cum sapientius. D. de pœn. l. aut facta. 16. §. nonnunquam. 10. D. eod. (2.) quia gravius & inhumanius scelus est, insepulta insuper relinquare spoliata cadavera, quam tantum spoliare: læditur enim utilitas publica & religio contaminatorū magis. arg. l. sunt persone. 43. in fin. D. de relig. & sumt. l. pergit. s. C. b. t. de sep. viol. l. nemo. 3. C. Epis. audient.

L III. Quâ pœna dignus is, qui libidine Ægyptiacâ inflammatus mortuæ mulieri stuprum infert? Pœna gladij, siue cadaver sepultum sit, siue non...

Nulla

Nulla equidem huic facinori in jure nostro præstituta reperitur pena expressa: neq; enim unquam aliquem tam effrenatæ libidinis hominem existere posse, præcul dubio sibi persuaserunt, quod Solon de parricidio respondisse fertur, qui eō audacia & impunitatis processuri essent. Enimvero, ut alia quam plurima, sic & hoc vitium pestiferum ex Ægypto usq; in Germaniam irrepsisse testatur experientia. De penæ itaq; genere variè inter se altercantur Dd. Pleriq; deportationis vel relegationis penam irrogant, ut Boer. & Damhouder. tradunt, quos citat Berlich. p. 4. concl.  
 37. n. 4. ubi hanc Dd. traditionem indubitatam vocat. Verum, si rem ad proportionis debitæ trutinam revocamus, delicti hujus gravitati magis respondere videtur pena in Conf. Elect. Sar. expressa p. 4. c. 25. quæ vitani adimit, ibi: Sollen mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestraffet werden: Ratio ibidem adjicitur, quia summa immanitas & plus quam beluina libido in hujus sceleris reis sese erit. Ibi: Solcher unmenschlichen Mithandlung halben. Et sane congressus hic videtur ad crimem Sodomiae accedere, dum delinquens fœdè mortui corporis pudicitiam contrectat, illoq; contra naturam abutitur: & ita anorem querit qui non videtur, aut invenitur arg. l. cum vir. 31. C. ad L. Jul. de adul.

LIV. Hactenus de ijs cadaveribus, quæ sepulturâ honestantur. Sed quæri hic non incommodè potest, an & quomodo ij, qui punitorum cadavera, quibus sepultura denegatur, spoliant, puniendi sint? Arbitrariè.

Ratio (1.) quia ordinaria nulla est in jure nostro Civili expressa. (2.) ratio arbitrariorum penarum est, quia ipsa humanitatis ratio suaderet, eos qui sententia judicis satisfecerunt, priuatorum libidini ac malitia permitti non debere. Hinc veteres juris authores etiam punitos sepeliri permiserunt, l. 1. & t. 1. D. de cadav. puniit. quod minus amplius expositi essent injurijs improborum. (3.) quia eadem religionis hic obtinet ratio: religio enim cadaveri inhæret, quod locum religiosum reddit. (4) quia & ipsius supplicij locus hoc suadet. Sanctus enim non incepit dici potest, quia inviolabilis est arg. l. sanctum. 8. D. de R. D. (5.) quia licet pena in l. prætor. 3. §. adversus. 7. vers. si sine armis. D. de sep. viol. à D. Severo sancita, dicitur ad punitos accommodari non possit, quia constitutio ista de sepultis

cadaveribus loquitur, ut Rubrica, sub qua lex illa posita est, inuit; nihilominus tamen ob praedictam religionis rationem & supplicij locum, huc recte extendi potest. Ex *Conf. Elect. Sax.* fustigatio spoliantes cadavera manet p. 4. *Conf. 34.* ibi: Die aber/ welche den Dieben oder gerechtfertigten Mischthätern an dem Galgen oder auff dem Rade die Kleider ausszuziehen/ sollen mit staupen schlägen gestraffet werden. Nisi circustantia alia poena suadeant majorem d. *Conf. 34.* ib. Es werden dann andere Umstände/etc.

L V. Sed quæ poena eorum, qui cadavera de furca aut rotâ tollunt, ut sepeliant? Itidem arbitriariæ poenæ locum facimus.

Ratio (1.) quia & hoc in casu nulla certa poena expressa est jure Civili. E. arbitrium judicis succedit arg. l. 1. §. 1. ib. quibus nulla specialis poena. D. de effraß. (2.) ratio arbitriariæ poenæ est, neglecta principis concessio. Non enim aliter punitorum corpora sepiuntur, quam si fuerit petitum & permisum l. 1. D. de cadav. puniit. (3.) quia delinquentes privatâ authoritate locum supplicij sanctum invaserunt. (4.) quia contrâ legis vel principis apertam voluntatem illos auferunt, quos indignos lex sepulturâ censuit, quosque alij terrori & exemplo esse voluit. Quia vero plerumq; ex parte auferentium adest nece situdinis ac sanguinis ratio, mitior poena statuenda est, puta, carceris, relegationis, vel etiam pecuniaria, pro modo delicti. Confirmat hanc sententiam *Conf. Elect. Sax.* p. 4. c. 34. ibi: Diejenigen / so die Toden Körper vom Galgen oder Gerichten nemen / so es verwandte Freunde theren / sollen etwas geländer am Gelde oder mit Gefängnis / und nicht am Leibe gestraffet werden.

L VI. Multò minus veniam merentur ij, qui cadaver puniti, vel totum, vel ex parte, ad usum magicum auferunt. Arbitriariam itaq; poenam & ejusmodi temerarij violatores sustinent.

Ratio est (1.) quia licet & in hos nullibi certa poena expressa sit; cum tamen magna sit eorum improbitas, qui malitiâ & invidiâ Diaboli impulsâ & adducti, ea, quæ à prudentibus legum conditoribus propter salutem & utilitatem publicam ad deterrendos

210.

dos à sceleribus homines inventa sunt, ad nova scelera perpetrandā adhibent, & vel lucri spe vana, vel alijs nocendi libidine, caderibus hisce utuntur: Ideò cessare nequit poena, saltem arbitria. (2.) quia, si illi puniendi, qui cadavera sauciant, *supr. concl. 51.* quicq; ea vestibus spoliant *Concl. 52. 54.* quanto magis poenæ subiecti sunt ij, qui loco supplicij cadavera mutilant, partibusq; abscissis ad magicos usus impios abutuntur? (3.) quia in *Conf. Crim. Carol. 209.* incantatores, etiam nulli nocentes, poenæ arbitrariæ subjugantur. E. multò magis ejusmodi poenâ digni erunt, qui ut magianæ exerceant, simul religionem & superioris jurisdictionem violent. Astipulatur *Conf. Elect. Sax. 34. p. 4.* ibi: *Dac es aber andere Leute theten / zu beren zugebrauchen / oder aus andern bësem Fürsat/* dieselben sollen gesteupt/ oder verwiesen/ oder sonst nach gelegenheit der Personen willfährlich gestraffet werden. Si vero & alia circumstantia, delictum aggravantes, concurrunt, etiam poena mortis dictari potest, quemadmodum Lutetia quendam pistorem dulcarium, qui è suspensorum carne artocreata fecit, vivum crematum, domum ejus eversam, & ne in posterum denuò ædificaretur, interdictum fuisse, refert ex *Bodino Berlisch. p. 5. concl. 48. n. 21.*

**L VII.** Quid de illis statuendum, qui cadavera auferrunt ad medicinam? Poena pecuniaria illis infligenda.

Mitiùs quidem puniendi, sed impuniti planè haud relinquendi. Et si enim finis tolerandus videtur, ipsum tamen factum illicitum est. Ratio est. (1.) quia ita detrahitur jurisdictioni magistratus, absq; cuius permisum cadaver impunè auferrì non potest, *i.e.* *t.t.D. de cadav. pun.* (2.) quia ne rùm quidem authoritate privata cadaver tolli potest, ubi utilitas publica militat, multò minus id licet ob utilitatem privatam. Quare poenæ pecuniariæ locus dandus. *Viesemb. in par. D. de cadav. pun. in fin.*

**L IX.** Non rarò à Magistratu Medicī cadavera punitorum anatomizè ergò petunt: Horum ergò petitio num æqua sit, disquiritur? A.

Ratio (1.) quia militat pro Medicis utilitas publica. Reip. si quidem interest, abundare peritis ac doctis Medicis, qui recte  
mor-

morbis mederi calleant, & salutis hominum curam agant l. §. i. D. de extraord. cognit. ita, ut si quid per imperitiam committant, id illis imputari debeat l. illicitas. 6. §. sicuti. 7. D. de off. presid. l. idem juris. 8. §. i. D. ad L. Aquil. Ut enim immaturam medicinam nihil periculosius: Sic imperitiā medici nihil exitiosius, quæ s̄pē efficit, ut exiguum malum in acutissimum excrescat morbum. At vero in conservando & curando corpore humano, tanquam Medicinæ subiecto, tantam peritiam sibi comparent, necesse est, ut singulos affectus eorumq; causas ac sedes penitus p̄veſtigent, & totius corporis humani internam compagem, tum partium singularum cognitionem exactam habeant. Eam vero vix nancuntur absq; anatomia & adminicula & inspectione oculari. Quod enim in alijs disciplinis p̄stat ocularis inspeccio, id in chirurgia p̄stat anatomia & lacerorum corporum ac partium intimarum perscrutatio. (1.) quia tanta non est contumelia, aut injurya, qua cadavera affici videntur, quin etiam præponderet utilitas publica, arg. l. quod Reip. 23. D. de injur. (2.) quia nullus debetur honos cadaveribus illorum, qui antequam necarentur, servi poenæ erant. Nihil igitur refert, quid de illis fiat, cum etiam in furca aut rota relinqui possint, vel in cruce, donec, ut Seneca alicubi ait, in sepulturam suam defluant l. capitalium. 28. §. famosos. 15. D. de injur. Monent tamen Interpp. ut judex non temere anatomiam permittat, sed illius, cuius corpus ad dissectionem petitur, familia conditionem & dignitatem consideret, ita ut secundum hujus qualitatem, anatomicam ejus sectionem vel concedat, vel etiam deneget V. Speckh. cent. i. q. 8. Freher. i. parerg. c. 25. Menoch. 2. quest. arb. 285. n. 10.

LIX. Vivorum vero anatomiam non permitti, humanius est.

Ratio (1.) quia turpe ac incivile est, medicum carnificis munere fungi, ac sententiam judicis executioni mandare. (2.) quia medici ars ad salutem hominum, non ad perniciem eorum pertinet l. i. §. i. D. de extraord. cogn. Quare Cic. de arusp. respons. de Clodio loquens, qui Macedonum legatum in carcerem conjecterat, & Medicum intromiserat, qui ei venas incideret: quales hunc, inquit, carnifices putamus habere, qui etiam medicis non ad salutem, sed necem utatur. (3.) quia haec anatomia est quoddam supplicij genus, quale nulla lex,

211.

lex, nulla ratio legis, nulla consuetudo approbat. E. tanquam  
insolita & legibus ac bonis moribus contraria, non approbanda  
arg. pr. f. de offic. jud. (4.) quia quamvis utilitas aliqua afferri potest,  
eam tamen vincit & legis tacita prohibitio & humanitatis ratio,  
arg. l. addicōs. 29. ib. humanitatis consideratione C. de appellat. (5.) quia quæ  
ipsa natura clausit, spiritu remanente, scrutari & considerare non  
debemus, maximè cum Christianis religio esse debeat, committe-  
re malum, ut inde relulteret & emergat bonum. Epist. ad Rom. c. 3. v. 8.  
Speckb. c. 1. q. 7. Joann. Riolanus lib. 1. antropograph. cap. 7.

L X. Cadavera humana ne quidem facinorosorum vio-  
lari posse haec tenus ostensum. Hiuc queritur, an etiam sup-  
plicium de facinorosis sumi possit, qui vel delictum con-  
fessi, aut de eo convicti, antè executionem moriuntur? Et  
regulariter in defunctorum cadavera sententiam latam  
executioni non mandandam esse, arbitramur.

Ratio est, quia regulariter omnia crimina morte extinguen-  
tur, l. is qui, 11. fin. ib. exinguitur enim crimen mortalitate. D. ad L. Jul. Ma-  
jestr. l. defuncto. 6. D. de publ. jud. l. & s. 2. l. si in. 3. l. si ut proponis. 4. C. si  
reus vel accus. mort. Hinc illa: Mors ultima linea rerum: Mors omnia solvit.  
Mortuo leoni lepores insultant: Pugna suum finem, cum jacet hosti, habet. Unde  
& Angel. in d. l. defuncto. 6. errare turpiter assessores illos dicit, qui  
jam naturæ munere functos capitali poenâ afficiendos putarint.  
Excipiunt Interpp. aliquot casus, puta (1.) si quis sibi mortem in-  
tulisset. Verum talis *ἀντρόχειος*, qui poenæ metu sibi mortem con-  
sciscit, non tam ex ipso delicto, quod ante mortem commiserat,  
quam propter ipsam potius *ἀντροχείαν* punitur. V. supr. conul. 15. vers.  
Intertia classe. (2.) Si quis crimen læsa maiestatis commisisset l. fin.  
ib. nisi forte quis maiestatis reus. D. ad L. Jul. majestr. Quo tamen casu non  
ipsum corpus, sed tantum mortui memoria condemnatur & bo-  
na fisco applicantur, l. maiestatis. 6. C. ad L. Jul. majestr. l. meminisse. 7.  
& l. seq. 8. C. eod. §. publica. 3. J. de publ. jud. Muscorn. tr. de jurisdic. n. 52.  
Addunt Pontificij (3.) casum hunc, si monachus post mortem, vel  
ut textus loquitur, in morte reperiatur aliquid possedisse suum, tum  
illa bona cum eo in sterquilinium projici debent c. cun ad monaste-  
rium. 6. vers. quod si proprietas. extr. de stat. monach.

K

Actio,

Cap. 7. De  
Suntibus;  
funeris;  
eorumq;  
privile-  
gijs.

LXI. (3.) Actio, sepulturæ nomine prodita, est actio  
Funeraria a) in subsidium b) à Prætore ad repetendos sum-  
tus in funere factos c) proposita.

a) Tex. in l. si quis. 12. §. prætor. 2. l. & si quis. 14. §. hac actio. 6. §.  
Labeo. 12. §. idem Labeo. 13. §. qui mandavit. 15. & passim. D. & C. h. t. de  
relig. & sumt. Appellatur & funeraticia in l. contra. 30. D. h. t. Non  
inconvenienter alsignari potest huic actioni generis loco actio  
negotiorum gestorum, in generali acceptione sumta, idq; arg. l. i.  
l. & si quis. 14. §. fortassis. 9. §. si quis. 11. §. idem Labeo. 13. D. h. t. ubi hæc  
actio vocatur negotiorum gestorum actio. Quare hanc bonæ

Q:

fidei esse statuimus. Ratio (1.) quia ex eadem causa sive princi-  
prio hæc actio descendit, unde mera actio negot. gestorum oritur,  
nempè ex gesto, arg. d. l. & si quis. 14. d. §. n. ibi: quia non hoc animo se-  
vit. & d. §. idem. 13. ibi. puto judicem justum non meram neg. gest. actionem  
imitari D. h. t. (2.) quia amplius & solutius est arbitriam judicis, in  
hac actione, quam in simplici negot. gestor. judicio d. l. 14. §. 13.  
ib. sed solutius equitatem sequi. D. h. t. Et per consequens multò magis  
in numero bonæ fidei actionum erit. (3.) quia in hoc judicio se-  
ostenit utraq; bona fidei actionis nota propria, nimisram (1.)  
descendit hæc actio ex negotio ultrò citroq; obligatorio, quod  
græcis οὐδὲ πλαγια dicitur l. si quis. 2. D. de neg. gest. l. si quis. 5. in pr. &  
§. 1. ib. Et hoc autem casu mutua. D. de O. & A. Quod autem &  
mutua hic intercedat obligatio inter funerantem & defunctum,  
probatur ex l. i. D. h. t. ubi funerans cum defuncto quasi con-  
trahere dicitur: Item aditâ hæreditate cum ipso hærede d. l. 14. §.  
sed interdum. 7. §. si tamen. 16. D. h. t. Eoq; respectu comparatur cum  
actione negotiorum gestorum. Et, si contumeliam facit, qui  
pro dignitate aliquem non funerat, quid n̄ illum eo nomine ob-  
ligatum recte dixerimus, d. l. 14. §. judicem. 10. D. h. t. l. i. §. quoties. 6.  
D. de injur. Sic & (2.) qua altera nota est, ex ipsius actionis hujus  
natura judex ex bono & æquo arbitratur, quid alter alteri præ-  
statue debeat, d. l. 14. §. idem Labeo. 13. ib. cum hæci & actionis natura.  
Non itaq; formula certæ astrictus est judex, quod proprium est  
stricti juris judicij, neq; quod Hunn. in var. Resolut. lib. 4. p. 3. q. 28.  
asserit, concedimus, quod judex ad certam quantitatatem alligatus  
sit. Contrarium quippe ex d. l. 14. §. idem Labeo. 13. satis liquet.

Sed

Sed & (4.) hæc actio ex ipsa bona fide descendere dicitur in d.l. 14.  
§. hac actio. 6. D. b. t. Et deniq; (5.) quod nullibi stricti juris judi-  
cio tributum reperitur, in d.l. 14. §. sed interdum. 7. D. b. t. judex ar-  
bitrus appellatur. Diff. Hum. d. q. 28. circa fin. ib. funeraria porrò actio.  
Rittersh. ad §. actionum. J. de action. fol. 631. A. Fab. ad d.l. 14. §. hac actio. 6.

b) Quandiu enim alia actio suppetit, ad repetendos summus,  
hæc cessat d.l. 14. §. Labeo. 12. & §. qui mandatu. 15. D. b. t.

c) Sumtus funeris causa rectè impendi, omnes gentes pro-  
bant, iuriq; rationes sequentes. (1.) cedunt in honorem defun-  
ctorum arg. d.l. 14. §. judicem 10. D. b. t. Idq; (2.) Romanos etiam  
approbasse, argumento sunt leges illæ, quæ de sumtibus funerum  
in 12. tabl. scriptæ fuerunt, quas refert Rittershus. Nec (3.) di-  
scrpant exempla piorum, qui in sacris literis & alibi mortuos  
suis non sine apparatu & sumtibus sepelijisse leguntur. Sic nullis  
pepercit sumtibus Iosephus, in condendo sumtuosè & honestè  
sepeliendo patre suo Iacobo, idq; more Ægyptiaco Genes. c. 50. v. 1.  
Quem morem haud probasset suo facto vir ille religiosissimus, si  
male sumtus isti locati fuissent. Sic & ipse Salvator noster ma-  
gnificè sepeliri voluit Job. 19. v. 39. 40. Et Syracides permittit v. 38.  
v. 16. Ac sicut (4.) nihil pompa funebris animam defuncti afficiat,  
attamen secundum Augustin. agmina exequiarum & sumtuosæ se-  
pulturæ, qualiacunq; sunt vivorum solatia Gerh. dec. 8. q. pol. 9.  
Rectè itaq; sumtuum talium causa inventa est à Prætore actio Fu-  
neraria: in quam tamen non omnes veniunt, sed qui corporis  
exanimati causa, antequam sepeliatur l. quod in uxorem. 13. C. de ne-  
got. gest. honestate exigente impenduntur, arg. l. funeris. 37. in pr. D.  
b. t. seu qui funeris honestè ducendi gratia erogantur, d.l. 14. §.  
funeris. 3. §. impensa. 4. D. b. t. d.l. 13. C. de neg. gest. Et eos quidem mo-  
deratos intelligimus pro ratione status ac dignitatis defuncti, con-  
ditionis, regionis, facultatum ac temporum. Quæ omnia suppe-  
ditat Bonum & æquum, ex quo oritur hæc actio funeraria, d.l. 14. §. hac  
actio. 6. l. si quis. 12. §. sumtus. s. l. in patrem. 21. D. b. t. Excessum itaq;  
omnem improbamus, ne luctus convertatur in luxum. Quod &  
gentiles ex lumine naturæ agnoverunt. Mentes hominum irsaniunt,  
inquit Eurip. in Polydor. cum sumtus inutiles pro mortuis expendant.  
Decemviri funerum sumtus ex Solonis lege minuendos

voluerunt Vid. supr. concl. 30. lit. a. Idq; adeo, ut ne quidem ultima voluntas, ut ut aliás favorabilis sit, § sed olim. 2. J. de leg. l. vel negare. s. D. testam. quemad, aper. si quid à quo amplius impendi jussit, attendi debeat. d.l. 14. §. hac actio. 6. vers. quid ergo. D.b.t. Inepta enim voluntates testantium meritò negliguntur. d. l. 14. §. 6. l. funeris. 37. §. 1. D. b. t. l. 1. §. de impensa. 19. fin. D. ad L. Fale. l. quidam. 27. D. de condit. inst. l. servo. 113. §. ineptas. s. D. de leg. 1. l. medico. 40. fin. §. mulier. 2. D. de aur. & arg. leg. Vid. inf. concl. 66.

LXII. Hinc controversia hodiè non infrequens est: Num & ea, quæ in fascias & vestes, puta viduæ tūm aliorum, qui de familia defuncti sunt, vel aliás ad pompam erogantur, inter sumtus referenda? N.

Ratio est, quia sumtuum funebrium appellatione illi veniunt, sive quibus funus duci & humari nequit, reliqui verò omnes, qui ad honorem tantum fieri consueverunt, excluduntur. l. & si quis. 14. §. hac actio. 6. pr. l. funeris. 37. D. b. t. Extendimus hoc etiam ad viduas: nam & illarum vestes ad impensas funeris non debent referri, ut maximè dotem suam aut parapherna sua nondum acceperint. Ratio est, quia solutō matrimonio per mortem mariti, fructus dotis pertinent ad uxorem l. un. §. cum autem. 7. vers. fructibus videlicet. C. de rei ux. aet. nam dos ipsa ad hæredes mariti non spectat, sed ad viduam, est enim ejus proprium patrimonium, l. deniq. 3. §. ergo. s. D. de minor. l. in rebus. 30. C. de jur. dot. quare nec fructus, ceurei aliena, ad illos pertinebunt. arg. l. bona fidei. 48. D. de acquir. rer. dom. Quod si ergo uxori bona suppetunt, àequum profectò est, ut de suo potius, nempè de dotis fructibus alatur ac vestiatur. Moribus quoq; Saxonum receptum est, ut securitatis ergo in bonis defuncti mariti maneat, donec ei de dote satisfiat. Diff. J. C. & Sax. p. 3. c. 12. n. 6. Sin verò nullam dotem habet vidua, aut quæ nullum fructum profert, tum magna est Dd. altercatio, an & eo calu ex bonis defuncti mariti alenda sit? Et dicimus quod non: Ratio est (1.) quia nullibi cautum hoc reperitur. (2.) quia dote deficiente consequitur quartam partem bonorum mariti, Autb. præterea. C. und. vir. & ux. Nov. 117. c. 5. aut Jure. Sax. tertiam Const. E-lec. 20. p. 3. (3.) quia neq; conjunctio sanguinis neq; aliud vinculum extat, ex quo onus hoc deduci possit. Merend. 2. controv. jur. c. 44.

Hinc

Q?

233.

Hinc consequens est, nec vestes viduæ deberi. arg. l. verbo viii. 43. de  
v. s. Moribus hodie inis, ha fasciæ & vestes lugubres inter sumtus  
admittuntur, quasi pars & sequela ipsius luctus, modò sint mode-  
rati, ac conditioni defuncti respondeant. Quò intendere videtur  
Zaf. in parat. D. b. t. n. 4. & Asin. ad d. l. & si quis. 14. §. funeralis 3. D. b. t.  
n. 7. ubi ait: Id observandum censeo, quod usus, ubi id agitur, comprobavit. arg.  
l. minime. 23. D. de ll.

LXIII. Quid de convivijs feralibus, quæ post funera-  
tionem institui solent? a) Ejusmodi sumtus planè excludi-  
mus. b)

a) De quibus videatur Asin. ad l. si quis. 12. §. funus. 5. ànum. 98.  
& seqq. D. b. t. Jun. quest. pol. 112. in fin.

b) Ratio (1.) quia impensæ istæ ad sepulturam aut funus du-  
cendum nihil pertinent arg. l. & si quis. 14. §. hec actio. 6. l. funerali. 37.  
D. b. t. (2.) quia alienum à ratione est, latitudinem dementem ex  
ebrietate ortam, miscere luctui, ut quodammodo cum corpore  
mortui lugentium animus & sensus sepeliantur. Putat quidem  
Garzia de expens. 6. 8. n. 18. ex æquitate admittendos esse ejusmodi  
sumtus, si facultates defunctorum amplæ sint, quia in honorem defun-  
ctorum insumi videantur. Veruntamen vix vitiosis moribus id tribuen-  
dum, ut rectæ rationis dictamen aut leges bonas in suam potesta-  
tem pertrahere valeant. Tutijs itaq; erit legum nostrarum tra-  
mites insistere ac sequi.

LXIV. Num verò inter sumtus funerum referendæ  
medicamentorum impensæ, item Medicorum fostrum,  
quod illis pro operâ ad depellendum morbum adhibitâ da-  
tum est? N.

Ratio (1.) quia neq; ipsius funeris, sed vivi hominis gratiâ  
fiunt, neq; ad nominis celebritatem aut memoriam conservan-  
dam spectant, neq; sine his funus duci nequit, neq; ulla h̄c reli-  
gionis ratio subest, sed tantum ob sanitatem recuperandam ero-  
gantur, & ita non tam defunctorum, quam vivi causa impenduntur.  
E. propriæ funeris sumtus dici nequeunt. (2.) quia separantur istius-  
modi sumtus à funeris impensis in l. quod in uxorem. 13. C. de neg. gest.  
quæ satis innuit, mera actione negotiorum gestorum de qua t. t.  
K 3 est

est conceptus, illos sumtus repeti, dum marito sp̄cialiter actionem negot. gestor. denegat. maritus quipp̄ medicinā uxori succurrere obligatus est, l. si cum dote, 22. §. fin autem, 8. D. sol. matrim. qui tamen funeralis sumtus repetit, ins. concil. 69. quia cæteri sumtus omnes, qui non in ipsum funus impenduntur, separantur aperi- tūs à funeralis sumtibus in l. & si quis, 14. §. hac actio. 6. D. b. t. Dis. Harppr. ad §. creditor. 4. n. 248. l. quib. mod. re contr. obl. Berlich. p. 1. concil. 44. n. 36 37. post Moller, ad Conf. Eiect. 28. p. 1. n. 27.

LXV. Impensæ, quæ in monumenti structurā & Epitaphia erogantur, an funebribus accensendæ sint, hic videndum.

Non defuerunt jam olim pyramides sumtibus magnis constantes, Epitaphia magnifica, & monumenta pretiosissima; de quibus consulatur Iun. q. pol. 109. in fin. Sed & hodie etiamnum multi procurant monumenta superba, Epitaphia inaurata & ex-sculpta, eaq; vel in medio templi usq; ad velum erigunt; apponunt, opus esse piuum, simul in inscriptionibus jactitant ingenij acumen, corporis formam, divitias, honores, virtutes, prælia, victorias. Verum si non inepta hæc sunt, certè vana & supervacua videntur, arg. l. servo. 113. §. ineptas. 5. D. de leg. 1. Hinc rectè Plato præcepit lib. 12. de L. Lapidès, inquit, non majores ponantur, quam us possint defuncti laudes, quauor solum heroicis versibus editas comprehendere. Quare ad quæstionem negando respondemus, stricta juris ratione inspecta. Ratio (1.) quia directò neq; in ipsum corpus, neq; in sepulchrum fiunt, l. & si quis, 44. §. funeralis, 3. §. hac actio. 6. l. funeralis. 37. D. b. t. Unde in l. 1. §. de impensâ. 19. fin. D. ad L. Falcid. dicitur, diversam esse causam funeralis & monumenti (2.) quia in l. hereditas, 50. §. 1. D. de her. pet. afferitur, ne quidem jussu testatoris hasce impensas actione aliqua stricto jure repeti posse. (3.) quia non effugiant Falcidiæ detractionem, l. 1. §. fin. D. ad L. Falco. (4.) quia nec hæredes ad eas coguntur d. l. 50. §. 1. ib. quanvia enim stricto jure. D. de her. pet. qui tamen ad verè funebres obstrikti sunt, l. si quis, 12. §. funus. 4. ib. scriptos hæredes eares contingit. D. b. t. (5.) quia monumetum potius muniendi l. funeralis. 37. §. 1. D. b. t. vel memoria causa fieri solet, l. locum. 2. §. monumentum. 6. D. b. t. l. monumentum. 42. D. eo. Ideò sumtus ejus causa facti, non ipsius funeralis causa impenduntur. Verum quia quæstiones ad monumenta spectantes olim referri solebant ad collegium Pontificum l. offa, §. D. b. t. l. si in eo. 5. §. 1. D. de mort. infer. dicen-

dicendum videtur, & hanc quæstionem fuisse arbitriam, adeoq; impensas hasce funebribus fuisse quandoq; conjunctas, puta (1.) si moderatæ fuerunt l. 2. D. ad L. Falcid. sive modum probabilem non excederunt d.l. 50. § 1. ib. utiq; si probabilem modum. D. de her. per l. funeralis. 37. §. 1. D. b. t. ubi immodicæ tantum excluduntur à funebribus. E. modicæ ijsdem rectè includuntur. Præsertim (2.) si necessarium fuerit, monumentum extruere d.l. 1. §. impensa 19. in pr. ib. si necessarium fuerit monumentum extraere D. ad L. Falc. h.e. si familiæ dignitas postulat, ut extruatur, si amplissimarum fuit facultatum defunctus, ut modicæ ha. impensa non adeò curentur, arg. l. si quis. 12. §. summis 5. l. & si quis. 14. §. hac actio. 6. D. b. t. Quò referri commode potest, d.l. & si quis. 14. §. impensa 4. D. b. t. ib. vel si quid in marmor. quam legem potissimum de defuncto opulentio loqui, ex contextu videtur satis apparere, dum ibi corpus custodiatur & commendatur, sive commendatur secundum quorundam lectionem, quod à ditoribus & politioribus tantum usurpatum : itemq; vestitur. Ita & ditiore Judæi quondam habuerunt pretiosa monumenta, puta in lapideum excisa, quæ potuerunt lapidi bus superimpositis claudi Matth. 27. v. 6. Ioh. 11. v. 39. cui lapidi sepulchrali inscribere solebant : sit anima ejus in Paradiso Eden. Amm. Dn. Gerb. loc. theol. t. 8. c. 7. n. 84. in fin. (3.) quia quamvis monumentorum ornamenta magnifica neq; vivis, neq; mortuis videantur proficere, nec adeò necessaria sint, cum sine ijs funus sepeliri possit d.l. 1. §. fin. ib. nec enim ita monumenti. D. ad L. Falc. Subest tamen & hic religiosis favor l. 1. §. interdictum. 6. D. de mort. infer. Sunt mortuis honorifica, ad memoriam eorum colendam, & vivis solatia d. l. 2. §. 6. D. b. t. Sed in hac re, ut supra dictum, diligenter illud observandum : Ut ne quid nimis.

LXVI. Quid si amplius quid in funus vel monumentum impendi testator jussit, quam conditio & dignitas ejus fert, an & illud in sumtuum funebrium consideratione venit? N.

Nam si patrimonium non sufficit, vel eriat præjudicium veritatem legatariorum ac creditorum, merito tunc voluntas inepta testatoris nō attenditur, l. & si quis. 14. §. hac actio. 6. v. quid ergo si ex voluntate testatoris l. funeralis. 37. §. 1. D. b. t. l. 1. §. si. fundal z. D. ad L. Falc. l. servo. 113. §. ineptas. 5. fin. D. de leg. 1. adeò ut ne quidem inter æs alienum tolerandi sint d.l. 1. §. fin. Quod si patrimonium amplius satis est, adhuc tamen ambitione voluntati defuncti minimè parendum.

Ratio

Ratio (1.) quia nimirum sumus luxum præferunt, qui nullib[us] probatur in d. l. i. §. fin. D. ad L. Falc. l. hereditas. 50. §. 1. D. delher. pet. (2.) quia non facultates solum in ratione sumtum spectantur, sed conditio imprimis & dignitas personæ. l. si quis. 12. §. sumtus. 5. l. & si quis. 14. §. hac actio. 6. vers. aquum. D. h. t. (3.) quia licet voluntas testatoris sit observanda l. cum in testamento. 202. de V. s. l. si mibi. 12. §. in legatis. 3. in fin. D. de leg. 1. Nov. 22. c. 2. ib. sit lex ejus voluntas. Hoc tamen ita accipendum, ne inepta sit d. l. 113. §. ineptas. 5. fin. D. de leg. 1. ac luxurioia: luxuria enim est contra naturam Novell. 77. c. 1. in pr. & dedecet vivos l. ex damni. 40. in fin. pr. D. de damn. infec. E. multo magis mortuos. (4.) quia ne quidem ea admittuntur, quæ supervacua sunt. d. l. servo. 113. §. 5. ibi: aut si qua alia supervacua.

L XVII. Sumtus legitimè factos quisq[ue]; repetit, qui funeris curam suscepit. a) Et quidem vel ex hæreditate, vel ab hærede. b)

a) Tex. in l. si quis. 12. §. prator. 2. & §. hoc inturdictum. 3. D. h. t. Nisi pietatis causa quid impenderit l. & si quis. 14. §. sed interdam. 7. D. h. t. Illud nō interest, sive ipse petit or impenderit, sive jussu ejus alius. d. l. 14. §. qui mandau. 15. D. h. t. Etiam si prohibuit hæres d. l. 14. §. idem Labeo. 13. Ratio consistit in speciali religionis favore, arg. l. 1. §. interdictum. 6. D. de mort. infer. & Reip. utilitate. l. sunt personæ. 43. vers. nam propter publicam utilitatem. D. h. t. Jure Saxon. funerans adhibere debet hæredum consensum. Landr. lib. 1. art. 22. Coler. p. 1. dec. 199. n. 2.

b) Ex hæreditate, eā videlicet nondum aditâ l. 1. D. h. t. ubi impendens aliquid propter funus, dicitur cum defuncto contrahere, non cum hærede. Ratio d. l. 1. est (1.) quia funerans rem potius defuncti agit, quam hæredis. (2.) quia defuncti plerumq[ue]; ante sepeluntur, quam quis hæres ei existat l. scripus. 4. l. & si quis. 14. §. pleriq[ue]. 8. D. h. t. E. qui aliquid impendit propter funus defuncti, censetur non contrahere cum hærede, qui forte adhuc nullus est, sed cum hæreditate, ac proinde cum defuncto, cuius locum hæreditas tenet. Ab hærede autem repetuntur hi sumtus, videlicet aditâ hæreditate. d. l. 14. §. sed interdam. 7. & §. si tamen. 16. D. h. t.

L XIX. Quia autem actione sumtus funebres is repeatat, qui ab ipso defuncto rogatus, curam ejus funeris in se suscepit, an act. mandati, an aliâ? expediti juris non est.

Certe

Certè, primo intuitu JC. Ulpianum in hac quæstione sibi ipsi non constare, ferè dixeris; Etenim modò ex sententiâ JC. Melæ actionem dolii aduersus eum, qui promissis suis de funerando defuncto stare recusat, intentandam, aut extrâ ordinem eum compellendum afferere videtur in l. & si quis. 14. §. si cui. 2. D. h. t. Modò actionem mandati instituendam, suadet in l. si verd. 12. §. idem Marcellus. fin. D. manda. In conciliandis hisce duobus textibus mirificè desudant Dd. Gl. ibid. quam sequitur & A. Fab. ad d.l. 14. §. si cui. 2. in rational. putat regulariter actionem mandati competere secundum d.l. si verd. 12. §. fin. At in d.l. 14. §. si cui. 2. ideo actionem dolii dari, quod mandatum ibi intervenerit de ea re, quæ vivo mandante nullo modo fieri possit: sepultura quippe non nisi mortui est. At vix admitti potest hæc conciliatio. Quid n. n. mandatum initri firmiter possit ita, ut aliquid post mortem mandantis expediatur? Satis luculentus hanc in rei est textus in d.l. si verd. 12. §. fin. & in l. seq. 13. D. manda. Sic & hic quoq; mandatum initium est, ut corpus ipsius mandantis post mortem sepeliatur. Nec ulla ratio diversitatis firma afferri potest inter res, quæ etiam vivo mandante possunt expediri, & illas, quæ illo demum mortuo perfici queunt. Aut ubi, quæsò, à mandati materia seu objecto segregantur illa negotia, quæ demum post mortem mandantis explicari possunt? Haud feliciori nisu acu rem tangere conatur Afin. add. l. & si quis. 14. §. 2. D. h. t. conjectans, in d. §. 2. tantum referri opinionem Melæ: Verba quippe seqq. in vers. credo tamen & extra ordinem &c. satis produnt mentem Ulpiani, dàm assérir, etiam extra ordinem mandatarium cogi posse. E. utique præcedentibus calculum suum addit. Nos hunc nodum ita solvimus, ut quamvis regulariter actio dolii cum alia non concurrat, l. 1. §. 1. D. l. de dolio, 2. C. de dol, quia famosa actio non debet temere decerni, d.l. 1. §. ait prætor. 4. D. de dol. tūm ramen utraq; admittenda est, quando cum dolii actione per se famosâ alia famosa concurrit, arg. l. arbitrio. 18. §. de eo. 3. D. de dol. juncta l. si quis. 52. §. majora. 22. D. de furt. Et arg. l. si mandata. 59. §. Paulus. 1. D. mand. juncta l. 1. C. de dol. qualis & hæc est actio mandati, §. ex quibusdam. 2. J. de pan. tom. litig. l. 1. l. furti. 6. §. mandati. 6. D. de his qui not. infam. Non itaq; mirum esse potest, si & hic actio de dolo cum actione mandati concurrat.

LXIX. Quæstiō hīc exurgit de Conjugib⁹, num & hi sumtus, quos alter in alterius funus impedit, repeterē possint? Aff. regulariter.

Text. in l. quod in uxorem. 13. C. de neg. gest. Ratio (1.) quia æquum est,

L

de

De suo potius, quam alieno quæmque sepeliri l. & si quis. 14. §. 1. & §. idem Labco. 13. ib de suo enim expedit mortui funerari. D. b. t. (2.) quia maritus extraneo uxori funeranti catenus obligatus esse dicitur, quatenus dotem lucratur l. in eum. 16. l. Neratus. 20. §. si maritus. 1. D. b. t. Ultrâ verò dotis quantitatem exigi nequit l. l. 20. §. 1. vers. sed in hunc casum. Imò si præter dotem alia bona ad hæredes pertinentia, uxor relinquunt, pro rata portione maritus tanquam tenetur l. Celsus. 22. l. veluti. 23. D. b. t. Et quidem quatenus facere potest l. sic prorata. 27. §. præterea. 2. D. b. t. Si dotem non lucratur, planè non tenetur, sed onus hoc funeris ad patrem vel hæredes mulieris pertinebit d. l. 27. §. maritus. 1. l. quod si nulla dos. 28. d. l. in eum. 16. D. b. t. d. l. 13. C. de neg. gesl. l. cum in fundo. 78. in fin. pr. D. de jure dot. Quod idem & in viduâ, mortuô maritô, obtinebit propter rationem eandem. Concludimus ergo, non minus marito quam viduæ sumtus repetere licere ab hærede, nimicrum ad quem hæreditas vel dos pervenit, l. & si quis. 14. §. datur. 17. fin. D. b. t. vel quem ipse defunctus elegit l. qui erat. 49. D. fam. erafc. l. hæritas. 50. §. 1. D. de her. per. Funeris quippe impensa æs alienum hæreditatis l. impensa. 45. D. b. t. ac dotis est l. impensa. 18. D. b. t. Exceptio hujus conclusionis est (1.) si pietatis intentione sumtus erogati fuerint d. l. & si quis. 14. §. sed interdum 7. (2.) si conjux nihil planè in bonis habeat, ac pater deficit arg. l. quod si nulla. 28. D. b. t.

Porro ex modò allata juris ratione, quod sumtus ex hæreditate debeantur, facile responderi potest ad quæstionem, quam movet Trentacing. 1. variar. resol. 6. n. 10. An nimicrum funeris sumtus ad usufructuarium omnium bonorum pertineat? Ratio nempe predicta & hic obtinet: Funebres sumtus ex hæreditare, non ex bonis dicuntur l. impensa. 45. D. b. t. Constat verò, usufructuarium in bona tantum succedere, & quidem quoad commodum saltē fructus percipiendi, non verò juris universi esse successorem. Quare sumtus hi ad hæredem, non usufructuarium pertinebunt.

LXX. Non adeò ab instituto nostro aliena hic attingi potest quæstio illa, haud infrequens moribus nostris: Cum enim hodiè in publicis cœmiterijs plerumque privatis certa loca assignari ac fornicibus (vulgò Schiebbogen vocantur) distingui soleant, sàpè controvertitur: Ad quem specter fornicationum istarum collapsarum restauratio, an ad privatum, cui jus inferendi competit, an ad Ecclesiam, vel apud nos ad Magistrum

tum?

tum? Nos magistratui refectionem incumbere statuimus.

Ratio (1.) quia uti murus, quo cingitur totum cœmiterium, ita & tota fornicatio publica est, nec ad privatum spectat, cui saltem jus se-pulturae, non autem fundis ipse, qui locus pius remanet, venditur. Sic-ut ergo fornicatio ac murus ad patrimonium civitatis pertinet, ita & merito ejus refectio ad illud spectat, arg. 1. ne splend d summa. II. C. de oper. publ. l. si que. 3. ib. ut summa preci. C. de vendend. reb. civit. l. restauracioni. 3. C. de divers. præd. urb. aut eo deficiente, ad omnes ac universos cives arg. l. ad portus. 7. C. de oper. publ. (2.) quia, ut sup. in Concl. s. monuimus, ideo locorum pretia a magistratu accipiuntur, ut farta tecta conserventur cœmiteria. Sicut ergo ex publicis redditibus alia opera publica refi-ciuntur d. ll. ita non immorato reficienda sunt cœmiteria ex illis pretijs. Atq; in hanc sententiam quoq; Inclrya Facultas Juridica Lipsiens. re-spondit Ant. Fabro Civi Halensi 17. Jul. anno 1616.

LXXI. Non raro accidit, ut defunctus partim allodialia, partim feudalia bona relinquat; Hinc quæstio occurrit: Num etiam funeris sumtus ex bonis feudalibus deduci possint? Neg.  
a) Sed bonis allodialibus deficientibus, an ad feudalia recurri possit, non adeò inter Dd. convenit? Distinct. b)

a) Ratio est, quia regulariter sumtus funebres ex hæreditate dedu-cuntur, l impensa. 45. D. h t.

b) Aut enim Filius succedit patri suo, & hic omnino sumtus ne-cessarios etiam ex feudo refundit, nempe ex ejus fructibus. Torgawisch Aufschreiben, de anno 83. Rubr. Welcher gestalt die Agnaten vnd mit beschnten. §. do aber ein Vater f. 22. ib. von den Früchten. Ratio (1.) quia filius feudum sine hæreditate acquirere nequit, 2. F. 45. ib. ubi vero filium reliquit. 2. F. 51. §. filius. 4. E. utique & funebrium sumtuum onus sustinet. Præterim (2.) cum & pietatis & religionis ratio id exigere videatur. Eò (3.) collimat & d. Thürfurstl. Sächs. Torgawisch Aufschreiben / de fol. 20. b. 1b. an ihm selbst der natürlichen Erbar- und Willigkeit/ nach der ehrerbietung vnd ge-horsam / welches von den Kindern Gottes Gebot vnd Ordnung ernstlich er-fodert/etc. Aut Agnatus est, qui defuncto succedit, & tunc itidem distin-guimus: Si enim succedit in feudum novum ex patre, cogitur etiam su-stinere onus æris alieni. Ratio (1.) quia 2. F. 45. in pr. expresse tantum excipitur paternum: ibi: nec de debito hereditario aliquid feudi nomine. (2.) quia si alienatio est concessa, utiq; & obligatio: at verum prius 2. F. 39. in pr.

ubi alienatione feudi paterni tantum prohibitā, concessa aperte videtur alienatio feudi novi. E. & posterius. Quod si obligatio permissa est, quæ utiq; respicit & alienum; quanto magis funebres sumtus exinde solvendi erunt, quorum respectu ipse defunctus cum funerante quasi contrahere dicitur in l. i. D. b. t. ijsq; hoc indultum, ut omni debito præferantur, d. l. impensa. 45. D. b. t. (3.) quia agnatus consequitur feudum novum beneficio defuncti: æquitatis igitur & religionis ratio suadet, ut cum primis hoc funebre debitum solvat. Si verò Agnatus succedit in feudum paternum sive antiquum, ex hoc minimè debentur sumtus funebres. Ratio (1.) quia 2. F. 45. agnatus feudum paternum retinere & hæreditatem repudiare potest, nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine solvere cogitur. (2.) quia agnatus jus quæsitum habet ex primi acquirentis investiturā, non verò acquirit ex persona defuncti 1. F. 14. De suis igitur bonis, non ex feudo sumtus refundere debet, arg. l. si quis. 12. §. funus. 4. D. b. t.

### LXXII. Funeris sumtus quomodo probantur?

Uti in alijs articulis juris, ita & hic regulariter testes & instrumenta requirimus, t. t. D. & C. de fid. instr. & de testib. Quia tamen ea quandoq; deficiunt, annotationem privatam eatenus admittimus, ut conjecturam saltē faciat, non fidem plenam pro scribente arg. l. instrumen-  
ta. 5. C. de probat. Sed ita ut si per præsumptiones ac conjecturas proba-  
biles, vel similes imperfectas probationes intentionis aliquam fidem  
faciat funerans, locus sit juramento suppletorio, l. in bona fide, 3. C. de reb.  
cred. e. fin. vers. sanè si actor. extr. de jurejur. Unde & suffragium dicitur, in  
e. sicut. 2. extr. de probat. arg. l. si quis. 36. §. candemq;. 2. in fin. C. de donat. Quod  
tantò magis in hoc judicio admittendum, cum in eo exuberet bona fi-  
des arg. l. & si quis. 14. §. hac actio. 6. ibi, ex bono & equo. D. b. t. Sichar. adl. 4.  
& 5. C. de pet. hæred. num. 6. Desertur autem hoc juramentum vel à Judice  
sua sponte, ex officio d. l. 3. ibi oportet. C. de reb. cred. l. admonendi. 31. D. de  
jurejur. quod confirmat Const. Elect. 23. p. 1. Vel ad instantiam partis: peti  
enim hoc juramentum, nullibi prohibitum est d. Const. Elect. Saxon. 23. p. 1.  
& Proces. vnd Gerichts Ordnung. cap. 30.

LXXIII. Constat ex superioribus, Impensam funeris omne  
præcedere creditum. a) Illud verò quia non ejusdem generis  
est; Hinc acris inter Dd. controversia existit, an etiam præcedat  
hypothecam expressam? A. b)

a) L

a) *l. impensa. 45. D. b. t.*

b) Tacitæ quidem hypothecæ hanc impensam præferri minus dubij habet: Ratio (1.) quia dotti præfertur *l. impensa. 18. & l. ideoq. 19. D. b. t.* At mulier in dote omnibus hypothecarijs mariti creditoribus, priorem & posteriorem tacitam hypothecam habentibus, præfertur *l. assidu. 12. C. qui pot. in pign. Const. Elec. Sax. 28. p. 1.* (2.) quia de illatis in prædium urbanum deducitur, *l. & si quis. 14. §. si colonus. 1. D. b. t.* quæ illata tacita hypothecæ sunt *l. eo jure. 4. D. in quib. cau. pign vel hyp. §. item Serviana. 7. J. de act.* At de expressâ hypotheca major dubitatio est? Affirmativa nostra nititur hisce rationibus: (1.) quia eadem ratio quoad expressam ac tacitam hypothecam militat, nimirum utilitas publica & favor religionis arg. *l. i. §. interdictum. 6. D. de mort. infer. l. sunt persona. 43. vers. nam propter publicam. D. b. t.* Est enim maximè necessaria & naturalis, nec tantum ex utilitate Reipubl. sed etiam ex humanæ conditionis miseria simul & dignitate petenda: ne humanum videlicet corpus nudum, putidum & foetidum jaceat diutius in sepultum, *l. si quis. 12. §. hoc edictum. 3. ib. ne insepulta corpora jacerent. D. b. t.* (2.) quia in *l. impensa. 45. D. b. t.* dicitur, quod impensa funeris deducaturex hæreditate semper. Item, quod Omne creditum præcedat. Cum igitur *d.l. 45.* generaliter loquatur, generaliter etiam de omni credito, adeoque tam de expressâ quam tacitâ hypotheca intelligenda est. Quod ferè clariss ex-primit, *Paulus i. Sentent. t. 21. §. 3.* Quicquid in fune erogatur, inquit, inter as alienum primo loco deducitur. (3.) quia in *l. & si quis. 14. §. i. D. b. t.* agitur de inventis & illatis non tantum in prædium urbanum: ibi, vel inquinibus: sed & in prædium rusticum: ibi. *si colonus;* & Utrobiique *Ictus* scribit, impensas funebres deducendas esse. Notum autem est, inventa & illata in prædium rusticum non nisi per expressam hypothecam domino obligari. *l. eo jure. 4. ib. in rusticis prædijs contra. D. in quib. cau. pign. vel hyp. rat. §. adipiscenda. 3. in fin. ibi: pignori futuras pepigisset. J. de interdict.* (4.) quia non est verosimile, in conventione hypothecæ, etiam expressâ, id actum esse inter contrahentes, ut si contingere mori conductorem, relinquatur ipse sine sepulturâ potius non solvendo, quam locator ob pensionem in damno. Quis enim tam iniquus in se ipsum esse velit, ut honore sepulturæ se fraudari consentiat? aut quis tam inhumanus, ut debitorem suum sepulturâ carere malit, quam debiti sui jacturam facere? An non multò sanctius est, etiam de alieno quem funerari, si in eo Edicto Prætoris satisfieri non possit, *l. si quis. 12. §. hoc edictum.*

*edidit. 3. ib. neve quis de alieno D. h. t. quam nullo modo funerari & cadas-  
ter insepaltum ac canibus corvisque expositum manere, d. l. 12. §. 3.  
ib. ne insepulta.*

Jure Saxon. funebres sumtus mercedibus familiae postponuntur,  
*Conf. Elect. Saxon. 28. p. 1. ib. Erstlich sollen bezahlt werden das Eiedlohnz  
was auf des verstorbenen Schuldners Begräbnis / vnd in seiner Krank-  
heit der Arzney halben auffgewandt / &c. Progß vnd GerichtsOrdnung/  
Elect. Sax. c. 42. fol. 118. §. Ferner sol dasjenige.*

LXXIV. Sed estne hoc prælationis privilegium etiam ad  
alias funeralis impensas extendendum?

De fascijs & vestibus (1.) statutis, quod non: Ratio est, quia Jure  
Comuni sumtibus fanebribus non accensentur: *Vid. supra Concl. 62.*  
E. nec privilegium habent: nisi aliud secundum mores hodiernos  
forte dicendum sit cum *D. in. Moll. ad Conf. Elect. 28. p. 1. n. 9. in fin. ubi re-  
fert, aliquando etiam in concursu creditorum id, quod pro vestibus lu-  
gubribus debebatur, reliquo ari alieno prælatum fuisse. Medicorum  
honorarijs & medicamentorum impensis (2.) itidem nullam præla-  
tionem concedimus: Ratione eadem, quia revera sumtus funebres  
non sunt, ut supra probavimus concl. 64.* Quanquam d. *Conf. Elect. 28.* quoad  
sumtus medicamentorum à Jure Comuni recedit, eosque privilegio  
munit: quod repetitum est novissime, *In der Progß vnd GerichtsOrd-  
nung c. 42. fol. 119. Diss. Harpp. ad §. creditor. 4. n. 248. I. quib. mod. re contr.  
obl. Berlich. p. 1. c. 44. num. 36. positi Moll. ad d. Conf. Elect. 28. num. 27.* qui cum  
Jure Saxon. recte etiam Jus Commune concordare astraunt. Sic  
neque in sumtibus monumentorum (3.) prælatio ferenda est: Ratio  
est, quia non deducitur in ære alieno, *t. 1. §. de impensa. 19. fin. D. ad L. Falc.*  
E. multò minus gaudebunt privilegio. *Vid. supra Concl. 65.* Et quamvis  
hujusmodi sumtus moderati inter funebres recenseantur, per d. *Conf. 65.* inde tamen ad privilegium prælationis inferri nequit. Ra-  
tio est, quia tantus religionis favor esse non potest, ut in concursu  
creditorum tertio fiat præjudicium, *arg. cap. ex tenore. II. extra. defor.*  
*Cap. 8. Ubi de jure competit.*  
*re Sepul-  
ture quo-  
atio insi-  
tuenda.*

LXXV. Inspiciendum nunc est, an coram Judice laico qua-  
stio de jure Sepulturæ ventilari possit?

De

218.

De Jure Canon. negamus Ratio (1.) quia loca religiosa Jure  
Canon. dominio Ecclesiarum ascribuntur c. Ecclesiast. 13. q. 1. Vid. supra Concl. 4.  
Si igitur Cœmiteria ad Ecclesiam pertinent, ab ejusque authoritate  
pendet sepulturæ Jus, utique & controversia de ejusmodi rebus ortæ,  
ad Ecclesiasticum spectant forum c. Ecclesia. 10. extr. de Conf. (2.) quia  
controversia de jure Patronatus, quod tamen etiam ad laicum  
pertinere potest, ad judicium Ecclesiasticum remittitur, c. 3. extra  
de judic.

Jure Civili itidem negamus. (1.) quia ejusmodi controversiae  
ad Collegium Pontificum relegabantur, arg. l. offa. 8. D. b. t. l. cum in diver-  
sis. 44. §. 1. ib. imperatur. D. eo. l. si in eo. 5. fin. §. 1. D. de mort. infer. l. hereditas.  
so. §. 1. in fin. D. de hered. petit. Cumque Imperatores Pontificis quoque  
munere plerumque fungerentur usque ad Gratianum Rosin. antiqu. Rom.  
lib. 3. c. 23. Hinc quoque simul mentio fit Imperatoris in d. l. 8. D. b. t. &  
d. l. so. §. 1. l. si quis. 2. D. de cadav. punit. Quædam etiam controversiae  
ad Prætorem & præsidem provinciæ spectabant: quod probant ejus  
edita & l. ne corpora. 38. D. b. t. l. si quis. 12. D. eod.

Hodiè ad magistratum Politicum pertinet cognitio de contro-  
versia super jure sepulturæ orta. Ratio (1.) quia à magistratu politi-  
co cœmiteria constituantur; in ijs præterim locis, ubi Pontificis au-  
thoritas limitata & restricta est, atque jus sepeliendi à magistratu poli-  
tico imperatur, Vid. supr. concl. 4. (2.) quia hodiè ex Pactione de Pace  
religionis, laicis principibus etiam de rebus verè Ecclesiasticis permissa  
est cognitio & statuendi potestas, Reichsabsch. anno 1555. edit. 5. dñmis  
auch obberührten.

LXXVI. Multò minus in foro Ecclesiastico intentanda  
erit actio funeralia, etiam de Jure Canonico.

Ratio est, quia funeralis sumtuus religiosi non sunt, nec ex re Eccle-  
siastica debentur, sed ex quasi-contractu cum ipso defuncto, l. 1. D. b. t.  
vel cum herede inito l. & § quā. 14. §. si tamen. 16. D. b. t. Peti itaq; sum-  
tuus possunt, vel (1.) in foro defuncti, ubi corpus humatum est: Ratio  
est, quia ibi negotium defuncti gestum d. l. i. & per consequens ibidem  
hæres absens quidem ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, conve-  
niendus autem, si ibi inveniatur l. hæres. 19. D. de judic. Vel etiam peti  
(2.) possunt in foro domicilij ipsius heredis. Ratio est, quia unusquisq;  
in foro domicilij sui rectè convenit, l. 2. C. ub. senator. l. 2. C. de iuridict.

Amit-

C. 15. 9.  
Quomo-  
do jas se-  
pulturæ  
amittatur.

LXXVII. Amittitur jus Sepulturæ varijs modis, quorum ali-  
quot ex Conclusionibus superioribus facile colligere licet.

(1.) Omnimodò, ut in Crimine læse Majestatis: Ratio est; quia  
non modò ipse delinquens, sed & filii ejus omnibus bonis privantur  
per publicationem bonorum, ac simul memoria rei deletur *l. quisquis. s.*  
*C. ad L. Jul. Majest. §. publica. 3. f. de publ. jud.* Quocircum vix retineri potest  
jus sepulturæ; hoc enim in bonis nostris esse constat ex Concl. 5. videlicet  
jus sepulturæ familiaris & hæreditariæ. Ipse verò delinquens eo sup-  
plicij genere plerumque afficitur, quo omni planè sepultura privatur,  
corporis partibus in loco supplicij relictis, vel portarum valvis affixis.  
Eadem ratione & alij facinorosi sepulturæ jus amittunt omnimodò,  
de quibus *supra* in Concl. 16. (2.) Ratione certi loci, ut per deporta-  
tionem & relegationem, si quis durante relegatione moritur. Ratio  
est, quia deportatione præter jus Civitatis *l. deportatus. 15. D. de interdict.*  
& *releg.* bona simul auferuntur *l. relegatus. 14. §. 1. D. d. t.* nec vivus  
nec mortuus civitatem reperere potest, *l. si quis. 2. D. de cadav. punit.*  
Relegatus verò licet jus civitatis retineat, *l. relegatorum. 7. §. five.*  
*3. l. relegatus. 14. §. 1. D. de interdict.* & *rel.* prohibetur tamen in patriam re-  
verti, undè relegatus est *d. l. 2. D. de cad. punit.* Item per præscriptio-  
nem. Ratio est, quia per præscriptionem acquiri potest, quod *supra*  
Concl. 5. probatum est: Quare & eodem modo amitti potest, *arg. l.*  
*nihil tam naturale. 35. de R. I.* Et eo ipso, quod alteri hoc jus per præscri-  
ptionem adiicitur, alteri eripitur. (3.) Ratione honestæ sepulturæ,  
ut per Excommunicationem *supra* Concl. 13. d. per Crimen parricidij  
*d. Concl. 13. lit. e. per fœnerationem d. Concl. 13. lit. f. per autoxegit,*  
*Concl. 15.* Atq; hosce modos hic enumerasse  
sufficiat.

F I N I S.



153989



n

VD 17

l quia  
phila  
teris phi  
latere oī  
cuntur car  
te in quib  
continen  
tur in can  
ta cōtēnes.  
**S**i  
na cōtēnes  
in dō mos  
fias. h̄ m  
legem iſi  
acremāe.  
sed ille in  
cūtis co  
mo hec f  
uit post  
publica  
cōnem bo  
nor̄ in ex  
ilium m̄ e  
utur ut. C  
x malefi  
nullus. ac  
On  
liceat  
ir. apter  
segetes.  
nunquid  
ergo hic  
repbendi  
cur astro  
nomiā.

illa p̄tire facit. Vnde  
et nouissima amicitate m  
estis. Cultores vero p̄dolo  
mūone separandi sūt. Sūna  
ad coriñthios. si q̄s frat̄ fo  
rus aut p̄dolis fūtes cū ei  
bū sumere. **H**inc et̄m d  
rījū umoris iegue  
**D**los amupses vñ n̄ tē  
[quis ariolos arusp  
ies obshauagrit à p̄hi  
v̄sus fuerit an athema sit. 4  
ritano octilio. ca. xxxiiij. O  
r̄tatio ne quumtagōm  
**N**y diuinaçōes expa  
um subsecutur. uel in domo  
di boies introducunt exq̄  
magica à expiā dīcā sub re  
laceat sc̄dm gradus pentu  
m. **T**ā ex dōli. marom̄ p̄e.  
Precess̄. Eleḡ. il. s. Pm̄. 15.  
Iſay. R. Reuter.

On liceat re nō licet  
xp̄iamis tenē tradicō  
tuare uel colere elemēta à  
cursus. à manē signoz. fa  
ficiēda. uel apter segetes. w  
em. On. **C**ontra dōli. m̄. 15.  
P. 15. 15. 15. 15. 15. 15. 15. 15. 15.

12 175.

B.I.G.



SOLO FAVENTE DEO  
CONCLVSIONES JVRIDICÆ  
DE  
**JVRE SEPVLTVRAÆ**  
AD TIT. D. ET C. DE RELIG:  
ET SUMT: FUN: TIT. DE SE-  
PULCH. VIOL. CUM TIT. ALIIS  
COGNATIS:

*Quas*

Permissu atq; Consensu Inclytæ Facultatis  
Juridicæ Lipsiensis

**SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS,**  
J. U. D. & Professor Publ.

*Disquisitioni publicæ subiicit,*

E T

*Respondendo defendet*  
**JOHANNES SCHILTER**  
Lipsiensis.

*Ad diem 13. Julij.*

Loci & horis confuetis.

•S(0)S• •S(0)S• •S(0)S•

LIPSIAE

Excudebat GREGORIUS Ritsch / Anno 1626.